Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527452-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527452-p0002-1

1950.

5

1698 13°

Q. F. F. Q. S.

GOTHOFREDI ANTONII, IC.

DISPUTATIO FEUDALIS V

De

# FEUDI ACQUISITIONE

Quam

*Cum Corollariis ex Iure Publico,*

ad ductum Inſtitut. Per-Illuſtris Dn. de RHEZ

IN ACADEMIA FRIDERICIANA,

PRÆSIDE

IO. SAMUELE STRYKIO

I.V.D. & Profeſſore Publ. Ordinario,

*D. XXIV Sept. A. O. R. MDCXCIIX*

Placidæ disquiſitioni publicæ ſubmittit

IO. CHRISTOPHORUS Hoffmann/

Hala-Magdeb.

---

*HALAE MAGDEBURGICAE,*

TYPIS CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, AC. TYP.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-527452-p0003-7

# COROLLARIA

*Ex Inſtitut. Iuris publici Ill. Dn. de Rhetz*

Lib. I. Tit. 8. ſeqq.

I.

PRimus inter Electores locus Moguntino Iure Archicancellariatus Imperii competit, quo officio iam ante A. B. functus eſt.

2. Competit ei ius conuocandi Electores, mox poſt electionem, quamuis ab Imperatore inueſtitus non ſit.

3. Directorium in negotiis Imperii habet, etiam in negotiis extracomitialibus.

4. Iura Archicancellariatus Electoris Treuirenſis & Colonienſis, nudis titulis conſtant, quicquid enim extra Germaniam expeditur, ad Cancellariam Moguntini pertinet.

5. Controuerſia, quæ inter Treuirenſem & Colonienſem de Iure præcedentiæ eſt, ex antiquitate Eccleſiæ a quibusdam decidi ſolet; vbi neſcio an regulis Chriſtianitatis conueniat, ex prioritate religionis, primatum temporalem prætendere. Hodie ſeſſionis & præcedentiæ ratio inter ipſos deciſa.

6. Bohemiæ Rex Elector eſt, ſed ſtatus Imperii non eſt, vnde ne quidem ad conſultationes, ſuper capitulatione conſcribenda, admittitur.

7. Electoratus Bauaricus per Inſtrumentum Pacis robur ſuum accepit, inde tamen inferre non licebit; ergo nec nonus Electoratus ſine omnium Imperii ſtatuum conſenſu induci poterit.

8. No-

8. Nouus Elector eo ipſo quo Electoratum conſequitur, etiam iuris de non appellando particeps fit, vt hinc ſpeciali conceſſione huius iuris opus non eſſe, putem.

9. Electori Saxoniæ, vi Archi-Mareſchallatus, facultas competit dirigendi omnia in comitiis, quæ ad ſecuritatem publicam pertinent, vnde & iurisdictionem in familiam Electorum & Statuum Imp. exercet.

10. Directio quæ Electori Saxoniæ ratione religionis competit, non territorio vel domui Saxonicæ adſcripta, ſed ipſi tanquam primo inter Euangelicos tributa fuit.

11. Electori Brandenburgico vi ſummi Imperi in Boruſſia, omnium illorum iurium exercitium competit, quæ Regibus & abſolutis Principibus communiter tribuuntur, vnde nobiles ab ipſo creati, vbique pro talibus æſtimandi.

12. Eidem olim primum locum inter Electores competiiſſe, a non paucis Dd. aſſertum eſt.

13 Electori Palatino iudicandi poteſtatem tribuit A. B. ſi Imperator in cauſa ciuili conueniendus ſit, quod ius in Bauarum non translatum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527452-p0006-3

# DISPVTATIO FEVDALIS V.

# DE FEVDI ACQVISITIONE.

## THESIS PRIMA.

ACquiritur feudum *a* ſummatim dupliciter: 1. inter viuos, 2. mortis cauſa *b*. Inter viuos acquiritur nouum *c* feudum vel traditione *d*, vel præſcriptione *e*. Illo modo, cum ex iuſta præcedente cauſa *f* in rei feudalis vacuam poſſeſsionem vaſallus a domino vere *g*, vel ficte *h* inducitur.

a) Modi acquirendi a modis conſtituendi feudum omnino ſeparandi ſunt. *arg. rub. quib. mod. feud. conſtit. 1. F. 25.* ibi Eguin. Bar. *c. 1. in fin. de feud. cognit. 2. F. 1. & c. in prin. de conſuet. rect. feud. 2. F. 33.* Schneid. *in epit. feud. part. 4. num. 1.* Vult. *libr. 1. feud. c. 7. n. 1.* Ant. Cont. *method. feud. c. 7. in pr.* Conrad. Rittershuſ. *lib. 1. partit. feud. c. 8. num. 1.* [Dn. Horn. *diſp. 10. th. 8.* Struv. *c. 7. th. 1.*] quos tamen alibi feudorum compilatores & vulgo Dd. male confundunt.

b) *d. c. 1. de feud. cognit. 2. F. 1. & d. c. 1. de conſuet. rect. feud. 2. F. 33. c. 1. de ſucc. fratr. 2. F. 11.* vbi ſynecdochice per inueſtituram modi adquirendi inter vivos intelliguntur, Vult. *d. lib. 1. c. 9. n. 1.*

c) Henr. Roſenth. *in ſynopſ. feud. c. 6. concluſ. 1. in pr.*

d) *Per l. traditio, 20. ff. de adquir. rer. dom. l. traditionib. 20. C. de pact. §. per traditionem, Inſt. de rer. diuiſ.*

e) *d. c. 1. de conſuet. rect. feud. c. 1. de vſu Mediol. 1. F. 28. c. 1. §. 1. verſ. præſcriptione autem, qual. olim. pot. feud. alien. 2. F. 9. c. 1. §. ſiquis per. 30. annos, ſi de feud. defunct. & c. 2. F. 26.* Addunt nonnulli tertiam ſpeciem, videlicet ſententiam iudicis, ſed male, *arg. l. 3. in fin. l. 7. prin. ff. de public. in rem, & c. l. 3. §. idem ſcribit, 11. de pecul. l. 1. l. 2. l. vlt. C. de execut. rei iud.* Alii delictum vaſalli, ob quod feudum ipſi ablatum ad proximum agnatum transfertur, etiam huc referunt Ferr. *in for. lib. de reuoc. feu.* Mozz. *de feud. c. 5. n. 32.* verum æque male, Rittersh. *d. c. 8. n. 1.* Quidam denique vim bellicam his adiiciunt, Ant. Cont. *meth. feud. c. 9. in prin.* Rittersh. *d. libr. 1 c. vlt. n. 2.* ſed nihilo melius quam præcedentes.

f) *l. nunquam. 31. ff. de adq. rer. dom.* talis autem eſt inueſtitura, *de qua ſupr. diſp. prox. c. 1. ſi de inueſt. controv. fuer. 1. F. 4. c. 1. in fin. de nov. form. fid. 2. F. 7.*

2. F. 7. c.1.§. ſi facta, ſi de feud. def. conten. ſit, 2. F. 26. Cuiac. ad c. 1.§. ſive-ro Archiepiſcopus, de his qui feud. dar. & c. 1. F. 1. Duar. de feud. c. 7. num. 4. & 8. Vult. d. c. 7. num. 41. quam præcedit vel conuentio, vt donatio, c. 1. §. fin. in quib. cauſ. feud. amitt. 2. F. 23. Chaſſan. in conſuet. Burgund. tit. de feud. §. 8. verb. ſans conſentement, num. 5. Ioan. Caccial. in c. 1. de feud. cognit. 2. F. 1. p. 7. m. 7. n. 2. & obſer. feu. 17. n. 7. Hotom. diſp. feud. c. 17. in pr. venditio, c. 1. de feud. guard. 1. F. 2. c. 1. de nat. feud. 1. F. 7. c. 1. de benef. frat. 1. F. 20. c. 1. quem feu. ad fil. pert. 1. F. 24. c. 1. quid iur. ſi poſt alien. feud. & c. 2. F. 44. c. 1. pr. de prohib. feud. alien. per Frid. 2. F. 55. Hart. Hartm. pract. obſ. tit. de feud. obſ. 5. Weſenb. de feud. c. 6. n. 2. Schrad. de feud. p. 5. c. 1. n. 3. Vult. lib. 1. c. 8. n. 44. Cambium, c. 1. §. cum autem, ſi de inueſt. feud. contr. & c. 1. §. ſi quis fecerit, quo temp. mil. inueſt. pet. & c. 1. F. 22. c. 1. pr. ſi de feud. vaſall. ab aliq. interpel. fuer. 2. F. 25. vel vltima voluntas, Vult. lib. 1. c. 7. n. 15. Roſenth. d. c. 6. concl. 5. n. 1. Hos titulos inter modos adquirendi male referunt Hotom. in d. diſp. feud. c. 17. Weſenb. d. c. 6. n. 2. Cont. d. c. 7. & ſeqq.

g) Cum in ipſum corpus rei feudalis præſens & oculis ſubiectum inducitur, arg. l. 1. princ. ff. de adquir. poſſ. cuius glebas ſingulas circumambulare vaſallus neceſſe non habet, ſed ſufficit quamlibet partem ea mente iutroire, vt totum fundum ad terminum vsque poſſideat, l. 3. §. 1. de adquir. poſſ. Quid ſi plures ſint fundi? Si vni principali cohæreant, & quaſi partes illius ſint, ſatis eſt vt principalem ingrediatur animo poſſidendi omnes, Bart. in d. l. 3. §. 1. n. 1. Aluar. in c. 1. n. 7. quid ſit inueſt. 2. F. 2. Præpoſ. ibid. n. 8. Borch. de feu. c. 7. p. 1. n. 11 Gail. lib. 2. obſ. 129. n. 6. & ſeq. Si vero diuerſis locis diſtincti ac plane ſeparati ſint, nullumque totum reſpiciant, ſinguli ſpecialiter apprehendendi ſunt, And. de Iſern. in d. c. 1. n. 4. & Matth. de Afflict. n. 12. Zaſ. lib. 1. conſ. 10. n. 6. Mynſing. cent. 3. obſ. 39. Rittersh. d. c. 8. num. 9. & ita diſcrepantes Dd. ſententias conciliant, Vult. lib. 1. c. 10. n. 12. Borch. d. c. 7. n. 11. Roſenth. d. c. 6. concl. 14. Mynſ. d. obſer. 39. Tiraq. de vtroque retract. p. 1. §. 36. gl. 3. num. 2. Hanc tradirionem ab inueſtitura propria diſtingui putamus, Vult. d. c. 7. n. 11. Cuiac. ad d. c. 1. §. ſi vero Archiepiſ. 1. F. 1. Diſſ. Dd. com. Borch. d. c. 7. p. 1. num. 5. Roſenth. d. c. 6. concl. 2. num. 3. Schneid. de feud. p. 4. n. 4. Weſenb. c. 8. n. 11. Sonsb. de feud. p. 9. n. 2. Mozz. de ſubſtant. feud. n. 34. & ſeq. Schrad. p. 5. c. 3. n. 1. per c. 1. pr. quid ſit inueſt. 2. F. 2.

h) Quod quibus modis fiat, ex iure communi eſt petendum, vid. Cuiac. lib. 4. obſer. 3. Donell. libr. 4. comm. iur. civ. c. 18. §. pen. Schneid. Heig. & alios ad §. interdum, 44. cum ſeq. Inſt. de rer. diuiſ. Nuda autem inueſtitio abuſiua huc non pertinet, cum per eam conſtituatur quidem feudum, non

tamen

tamen acquiratur, Vult. *d. c. 10. n. 10.* Roſent. *d. c. 6. concl. 11. n. 2.* Modeſt. Piſtor. *conſ. 6. n. 2. cum ſeqq. & conſ. 14. n. 12. vol. 1.* Ioan. Fichar. *conſ. 9. n. 8. vol. 2.* Diſſent. Duar. *de feud. c. 7. n. 6.* Hart. Hartm. *2. pract. obſ. tit. de feud. 54. obſ. 6. n. vlt.* Niel. *diſp. feud. 4. n. 3. in fin.*

II.

Effectus veræ traditionis eſt, quod vaſallum poſſeſſorem & tanquam dominum rei feudalis conſtituat *a*, & cuilibet alii, de eadem re inueſtito, præferat *b*. Idem de traditione ficta, ſi vel in re præſenti facta, vel inſtrumentum traditum ſit *c*, vel iam ante ex alio titulo rem in feudum conceſſam vaſallus teneat *d*, ſtatuimus, &c.

a) *c. 1. §. rei autem*, ibi Iſern. & Aluarot. *de inueſtit. de re alien. fact. 2. F. 8. vid. infr. diſp. 9.*

b) *Per l. ſiue autem, 9. §. ſi duobus, ff. de publ. in rem, &c. l. ſi ea res, 31. §. fin. de act. empt. l. quotiens, 15. C. de rei vind. l. qui tibi, 6. C. de hæred. vel act. vend. l. qui tibi, 3. C. de his qui a non dom. &c.* Lehn. *c. 37. gl. in c. 1. §. ſi facta, ſi de feud. defunct. content. ſit, &c. 2. F. 26.* & ibi Aluarot. *n. 6.* Iſern. *n. 2.* Afflict. *n. 4.* Vult. *d. c. 10. num. 11.* Roſent. *d. c. 6. concl. 9.* Borch. *d. c. 7. p. 1. n. 12.* Hannet. *lib. 1. feu. c. 7.* Sonsb. *p. 9. num. 33.* Weſenb. *c. 8. n. 16.* Mozz. *de ſubſtant. feu. n. 36.* Mynſing. *cent. 4. obſ. 61. n. 15.* Hart. Piſtor. *lib. 2. quæſt. 26. num. 13. & ſeqq.* Andr. Fachin. *lib. 7. controv. c. 32. & ſeq. in prin.* Diſſ. Roman. *conſ. 70. n. 3.* Cephal. *conſ. 147. n. 18.* Hippol. de Marſil. *ſing. 82. limit. 1. per c. tibi qui, de reſcript. in 6. c. ſi tibi abſenti, de præbend. eod. libr. iuncta l. inter claras, 8. C. de ſum. trinit.* Nec aliud obtinere putamus, ſi Papa, Epiſcopus, aut Princeps ſecularis ſuperiorem non recognoſcens aliquem inveſtiuerit, Vult. *d. c. 10. n. 11.* Roſent. *d. c. 6. concl. 10. n. 6. & 7.* Piſtor. *d. quæſt. 29. n. 20. & ſeqq.* Fach. *d. c. 33.* Schrad. *part. 5. c. 2. n. 19. add.* Couar. *lib. 2. var. reſol. c. 16. n. 4.* Diſſ. Sonsb. *d. par. 9. n. 39.* Zaſ. *part. 5. feud. n. 16. & ſeq.* vel per modum gratiæ & priuilegii de feudo diſpoſuerit, Vult. *d. c. 10. n. 11.* Roſenth. *d. concl. 10. lit. e. in fin.* Fach. *d. c. 33. in fin.* Diſſ. Borch. *d. c. 7. n. 13.* Iacobin. de S. Georg. *in ſum. feud. verb. Princeps, num. 17. in fin.* Mozz. *de natur. feud. n. 43.* Gail. *lib. 2. obſerv. 55. n. 6. per l. prædia, C. de locat. præd. ciuil. lib. 11.* vel Eccleſiæ aut ciuitati quid in feudum conceſſerit, *per ſupr. allegat.* Diſſ. Borch. *d. c. 7. n. 15.* Roſenth. *d. concl. 10. n. 2.* Couar. *d. c. 19. n. 2.* Ant. Gabriel. *lib 3. com. concl. tit. de empt. & vend. concluſ. 2.* Quid, ſi inueſtiens ſecundo poſſeſſionem tradiderit hac proteſtatione, vt primo ius ſu-

um ſaluum maneat? Adhuc ſecundus præferendus eſt, Andr. de Iſern. *d. c. 1. §. ſi facta, n. 3.* Laudenſ. *ibid. n. 2.* & Aluarot. *n. 9.* Vult. *d. c. 10. n. 11.* Borch. *d. c. 7. num. 16.* Roſenth. *d. c. 6. concl. 9. num. 11. & ſeq.* Zaſ. *part. 6. num. 13.* Secus ſi dixiſſet: volo, vt ſi prior inueſtitus illud feudum petat, dominium ſit ipſius, & poſſeſſio ad ipſum tranſeat, *per l. qui abſenti, 38. §. 1. ff. de acquir. poſſ.* Vult. *d. c. 10. n. 11.* Zaſ. *d. p. 6. num. 14.* Roſenth. *d. concl. 10. in pr.*

c) *Facit l. 1. §. pen. l. quod meo, 18. §. ſi venditorem, l. quarundam 51. ff. de acquir. poſſ. l. clauibus, 74. de contrah. empt. l. pecuniam, 79. de ſolut. l. 2. C. de peric. & comm. rei vend. §. item ſi quis, 45. Inſt. de rer. diuiſ.* Andr. de Iſern. *in c. 1. num. 2. quid ſit inueſt. 2. F. 2.* Aluarot. *ibid. n. 7.* Afflict. *n. 4.* & Schenck. L. B. *num. 4.* Borch. *d. c. 7. p. 1. n. 7.* Roſenth. *d. c. 6. concluſ. 11. n. 3.* Vult. *lib. 1. c. 7. n. 29. in fin.* Hotom. *diſp. feud. c. 23.* Rittersh. *lib. 1. part. feud. c. 8. n. 6.* Hoc tamen non præſumitur, licet in inſtrumento exprimatur, traditionem ſigno aliquo corporeo factam fuiſſe, *arg. l. quæcunque, 13. §. fin. ff. de publ. in rem, & c. l. adſeueratio, 10. C. de non numer. pec. l. ſiue poſſidetis, 16. C. de probat.* Diſſ. Matth. de Afflict. *deciſ. Neapol. 299. n. 28.* Abb. *in c. tenor in fin. extr. de iudic. per alleg. ſupr. th. 1. in fin.*

d) *arg. l. quædam, 77. ff. de rei vindic. l. ſiue autem, 9. §. 1. de publ. in rem, & c. l. ſi ſeruus, 21. §. 1. de acq. rer. dom. §. interdum, 4. inſt. de rer. diuiſ.*

## III.

Per præſcriptionem tam a parte vaſalli, quam a parte domini feudum acquiritur *a*. A parte vaſalli, ſi per 30. annos *b* rem alienam *c* tanquam feudum *d* bona fide *e*, & ſine interruptione *f* poſſederit *g*, ac ei, cuius res eſt, vel eſſe putatur, ſeruitium exhibuerit *h*. A parte domini, ſi per totidem annos nomine alicuius fundi, qui reuera liber erat, ſeruitia feudalia ab iſtius domino, tanquam a vaſallo, receperit *i*.

a) *c. 1. de vſu Mediol. 1. F. 28. c. 1. §. ſi quis per 30. annos, ſi de feud. defun. controuerſ. fuer. & c. 2. F. 26. gl. in c. 1. §. præterea, de capit. Conrad. 2. F. 40.* Roſenth. *d. c. 6. concl. 77. in pr.* Conrad. Rittershuſ. *libr. 1. part. feud. c. 18. n. 3.*

b) *d. §. ſi quis per 30. annos, ibi Dd. com.* Borch. *d. c. 7. p. 3. n. 4. & 5.* Roſenth. *d. concl. 77. n. 7. & 8.* Vult. *lib. 1. feud. c. 9. n. 4. & ſeq.* Ioan. Caccialup. *in c. 1. de feud. cognit. 2. F. 1. pari. 6. num. 15. & obſ. feud. 25.* Zaſ. *p. 6. feud. num. 30.* Sonsb. *p. 9. num. 42.* Vigel. *method. feud. c. 2. q. 6. concluſ. 6.* Henning Göden. *conſ. 46. n. 15. & 16.* Mynſing. *reſp. 41. n. 11. & reſp. 48. n. 8.*

dec.5. item cent.4. obſ.29. in pr. Gail. libr.2. obſ.60. num.4. Wurmſer. pract. obſ. tit. de feud. obſ.15. & 25. Molin. in conſuet. Pariſ. tit.1. §.7. n.8. Chaſſan. in conſuet. Burgund. rub.3. §.1. num.16. Eman. Soar. in theſaur. commun. opin. lit. F. n.94. [Cöppen Obſ.5. n.36. Zœſ. c.9. n.6. Struv. c.8. th.12. num.3. Ludwel. c.8. p.173. ſeq. Eundem præſcriptionis terminum in feudis Imperii ſtatuit Itterus de Feud. Imp. c.24. §. vlt. Addatur idem c.23. §.15. vbi, an Principibus ſucceſſoribus opponi poſſit præſcriptio, tempore anteceſſorum completa? ediſſerit.] Diſſ. Clar. lib.4. ſent. §. feud. q.19. in fin. & in parte Schrader. part.5. c.4. n.7. Rittershuſ. d. c.18. n.6. putantes 10. vel 20. annos ſufficere, per c.1. an præſcript. feud. acquir. 2. F.87. [In quo tamen capitulo præſcriptionem longi temporis explicandam eſſe ex iure Longobardico, de præſcriptione 30. ann. ideo, quod ea ſola illo iure recepta, vult. Hotomann. in comment. ad d. l. Obrecht. l.2. c.6. n.17. Ludwel. p.174. Cui accedit quod d. c. ſit extraordinarium. Plures explicationes habet Bitſchius ad 2. F.26. n.3. Quodſi tamen in Capitulis Imperatoriis vox longi temporis occurrat: tum illa ex iure ciuili explicanda. In Saxonia quoque 30 annos tantum requiri, vult Schrad. P.5. c.4. n.18. Verum annum & diem addi debere, ſtatuit Carpz. P.2. C.4. d.16. & l.1. Reſp.84. n.23.] Rationem, cur 20. annis non præſcribatur, præter eam, quod aliter iure Longobardorum conſtitutum ſit, dari non poſſe, dicunt Eguin. Bar. in d. §. ſi quis per 30. annos. Vult. d. c.9. n.5. in fin. Aliam tamen reddere conantur Borch. d. c.7. p.3. n.5. Roſenth. d. concl.77. n.6. Rittershuſ. d. c.18. n.4. Hanneton. libr.2. feud. c.1. ad f. Sed, num hoc tempus in rebus Eccleſiarum & Rerumpubl. quoque ſufficit? Neg. per c. ad audientiam, extr. de præſcr. auth. quas actiones. C. de SS. Eccl. Nov.9. Nov.111. Nov.131. c.6. Dd. com. in d. §. ſi quis per 30. annos, Borch. d. c.7 p.3. n.8. Roſent. d. c.5. concl.78. n.7. Rittersh. d. c.18. n.7. Schrad. d. p.5. c.4. n.17. Zaſ. d. p.6. n.31. Molin. d. tit.1. §.7. n.8. Mynſing. d. obſ.29. n.3. Duar. de feud. c.8. n.3. Balb. tractat. de præſcript. part.4. rin. part.4. q.12. [Cöppen. d. §. n.36. Mynſ. cent.4. obſ.29. Struv. d. c. n.3.] Diſſ. Nicol. de Neapol. in l. fin. C. de fund. patrim. libr.11. Schenck. L. B. in d. §. ſi quis per 30. annos, per illum text. iunct. l. de pretio, 8. ff. de Publicia. in rem. [Et horum ſententia etiam verior videtur: Cum alia ſit præſcriptio rei Eccleſiaſticæ quoad proprietatem, de qua textus citati ex iure ciuili agunt, alia quoad dominium vtile. Ludwel. c.8. p.175. Vult 1. F.9. n.8.] An etiam in regalibus? Itidem negamus cum Dd. com. in c.1. quæ ſint regal. 2. F.56. qui tempus immemoriale requirunt. Diſſen. Bocer. claſſ.4. diſp.14. th.47. Scientia tamen principis vel magiſtratus non eſt opus, Bald. in d. c.1. Vult. d. c.9. num.21. Roſenth. c.5. concluſ.16. in fin. Diſſ. Bart. in l. ſi publicanus. §. fin. ff. de publican.

c) Siue

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527452-p0011-1

c) Siue iam ante tertio in feudum conceſſam, ſiue non, *d. §. ſi quis per 30.* ibi Aluarot. Præpoſ. & alii *c. 1. de capit. Conrad. 2. F. 40.* Vult. *d. c. 9. num. 19.* Roſenth. *d. c. 6. concl. 84.* Schrad. *d. p. 5. c. 4. num. 3.* Curt. Iun. *conſ. 177. num. 8.* Crauet. *conſ. 9. num. 39. vol. 1.*

d) *d. §. ſi quis per 30. ibi Dd.* Roſenth. *d. c. 6. concluſ. 77. n. 3.* Rittershuſ. *d. c. 18. n. 4.* [ Tum vero demum rem, tanquam feudum poſſediſſe dicitur, cum ſeruitia Domino exhibita ] Vnde res pignoris iure poſſeſſa non præſcribitur, etiamſi conuenerit vt pro feudo habeatur, ſi ſtatuto tempore non redimatur, *arg. c. 1. ſi de inueſt. feud. controv. fue. 1. F. 26. & duob. tit. ſeqq.* Roſenth. *d. c. 6. concluſ. 80. n. 7. & ſeqq.* Borch. *d. c. 7. p. 3. n. 6.* Vult. *d. c. 9. num. 12.* Mynſing. *d. obſ. 29. num. 5. & ſeqq.* & extant hac de re quorundam Germaniæ ICtorum reſponſa diuerſa ac prorſus contraria, *tom. 2. conſil. German. 28. & ſeqq.*

e) ex æquitate iuris Canonici, *c. poſſeſſor*, ibi Dyn. & Couar. *c. vigilanti. c. fin. extr. de præſcript.* Molin. *d. §. 7. num. 8.* Balb. *d. tr. part. 4. p. princ. 4. q. 2. num. 3.* & recepta conſuetudine, de qua teſtantur Mynſing. *cent. 4. obſ. 6.* Gail. *lib. 2. obſ. 18. num. 2.* Kirchov. *comm. opin. lit. F. verb. feudi præſcriptio.* [ Cöppen. *d. l. n. 37.* Ludwel. *c. 8. p. 173.* Struv. *c. 8. th. 12. n. 3.* ] Alias de iure ciuili in huiuſmodi præſcriptione bona fides non exigitur, *l. ſicut 3. cum l. ſeq. C. de præſcr. 30. annor.* quod & textibus iuris feudalis admodum conueniens videtur, adeo vt hanc opinionem communem dicant Balb. *d. p. 4. part. prin. 4. q. 2. n. 3.* Schrad. *d. p. 5. c. 4. n. 11. & conſ. 34. n. 73. vol. 1. conſ. Germ.*

f) Hoc particula PER innuit, *gl. in d. c. 1. de vſu Mediol. 1. F. 28. d. l. 3. C. de præſcr. 30. ann.* Schenck. L. B. *in d. §. ſi quis per 30. n. 3.* Vult. *d. c. 9. n. 13.* Rittershuſ. *d. c. 18. n. 4.* Weſenb. *conſ. 41. & 25. & 33.* & in ſucceſſore quoque requiritur, ita tamen vt eius poſſeſſio cum defuncti poſſeſſione continuetur, *§. diutina, 12. Inſt. de vſucap. l. 1. C. de vſuc. transfor. l. cum. miles, 30. pr. ff. ex quib. cauſ. maior. &c.* ac inueſtitura petatur, *c. 1. pr. quæ fuit pri. cauſ. benef. amit. 2. F. 24.* [ Cum per eam continuetur poſſeſſio feudalis. ] per quam tamen reuera res feudalis non fit, ſed tantum præſumptiue, Roſenth. *d. c. 6. concluſ. 70. & 77. num. 3.*

g) Siue titulo aliquo, ſiue nullo, nihil refert: poſſeſſio enim & animus poſſeſſoris rem in feudum habere volentis loco tituli eſt, *d. §. ſi quis per 30. annos. ibi Dd.* Vult. *d. c. 9. num. 14.* Roſenth. *d. concl. 77. n. 8.* Schrader. *d. c. 4. n. 4. n. 11.* Molin. *d. §. 7. n. 8.* [ Cöppen. *d. obſ. 5. n. 36.* Struv. *d. n. 3. in fin.* Ludwel. *p. 172.* ] Vnde apparet, a die cœptæ poſſeſſionis præſcriptiones

ptionis initium faciendum eſſe, Diſſ. Roſ. *d. concl.* 77. *num.* 2. & 3. Zaſ. *part.* 6. *feud. num.* 31. Ferrar. Montan. *libr.* 3. *feud. c.* 5. §. *vbi monendi*, Mynſing. *d. obſ.* 29. *n.* 2. qui a die præſtiti ſeruitii illam incipiunt. [Et quidem recte, ob ea quæ ſupra *lit. d.* notata.] Nec ſcientiam domini ad eam requiri, Roſenth *d. c.* 6. *concluſ.* 84. *num.* 2. Diſſ. Schoner *lib.* 1. *diſp. feud.* 6. *th.* 9. [cuius ſententia etiam probabilis eſt, propter textum 2. *F.* 33. *pr.* ibi: *domino præſente & non contradicente.* Nam patientia domini, quæ ſcientiam præſupponit, loco tituli eſſe debet. Struv. *d. l.*]

h) *d.* §. *ſi. quis per* 30. *annos*, in quo duo notanda ſunt: (1) quod ſeruitium dicat, ergo ſemel illud exhibitum fuiſſe ſufficit, *arg. c. cum Eccleſia Sutrina, extr. de cauſ. poſſ. & propr. c. cum de beneficio, de benefic. in* 6. Vult. *d. c.* 9. *n.* 15. Roſent. *d. c.* 6. *concl.* 77. *n.* 2. Borch. *d. c.* 7. *p.* 3. *n.* 7. Rittershuſ. *d. c.* 18. *num.* 4. Molin. *d.* §. 7. *num.* 9. (2.) quod vtatur verbo exhibuerit, ergo neceſſe non eſt, vt præſtetur, dummodo vaſallus in mora non fuerit, quo minus requiſitus exhibitum præſtiterit, *arg. c.* 1. §. *non cogitur, an ille qui interfec. fratr. dom. & c.* 2. *F.* 37. [Finckelth. *d.* 8. *c.* 16. Bitſch. *in Comment. ad* 2. *F.* 26. *c. ſi quis* 4. *n.* 6. vbi plures conſentientes & diſſentientes citat.] Diſſent. Rittershuſ. *d. c.* 18. *num.* 4. *in fin.*

i) *Dd. in d.* §. *ſi quis per* 30. Vult. *d. c.* 9. *num.* 16. Borch. *d. c.* 7. *p.* 3. *n.* 9. Roſenth. *d. c.* 6. *concluſ.* 81. Zaſ. *d. p.* 6. *uum.* 32. Duar. *c.* 8. *num.* 2. Mozz. *de ſubſt. feu. n.* 31. Clar. §. *feudum, quæſt.* 19. *num* 1. & *q.* 25. *n.* 1. Mynſing. *d. obſ.* 29. *in fin.* [Ludwel. *c.* 8. *p.* 176. Dn. Horn. *Exercit.* 10. *th.* 17.]

## IV.

Præſcriptione hoc modo a vaſallo impleta, res præſcripta naturam veri feudi, quod Dd. informe vocant, induit *a*, & quaſi de ea inueſtitus ſit, illam obtinet *b*, vt dominus etiam inuitus eum pro vaſallo ſuo agnoſcere cogatur *c*. A domino impleta, directum rei dominium acquirit, & ſine inueſtitura vaſallum ſibi obligat *d*.

a) Duar. *d. c.* 8. *n. vlt.* Roſent. *d. concluſ.* 77. *num.* 11. Bald. *in l. liberti. C. de oper. libert.* [Ita vt hoc feudum præſcriptione acquiſitum, pro proprio habendum ſit. Diſſent. Wurmſer. *de feud. impropr. claſſ.* 3. *Sect.* 2. Cuius rationibus reſpondet Struv. *d. th.* 12. *n.* 1.]

b) *Dd. in d.* §. *ſi quis per.* 30. *annos.* Roſent. *d. concl.* 77. *num.* 4. & *concl.* 79. *in pr.* Rittershuſ. *d. c.* 18. *n.* 3. Weſenb. *c.* 6. *n.* 3. Hannet. *lib.* 2. *c.* 1. Molin. *d.* §. 7. *num.* 8. Balb. *d. p.* 4. *part. prin.* 4. *q.* 12. *n.* 1. & *ſeqq.* Crauet. *de antiq. temp.*

*tiq. temp. part. 4. ſect. 1. abſolutis num. 28.* Modeſt. Piſt. *lib. 2. conſ.* 31. Hinc iuſiurandum, quo ſe inueſtitum eſſe iuret, vaſallo imponi nequit, Aluar. *n. 2. & 3.* Præpoſ. *n. 1. &* Schenck. L. B. *n. 6. in d. §. ſi quis per 30.* Roſenth. *d. concl. 77. n. 5.* Rittersh. *d. c.* 18. *num. 5.* Sonsbec. *p. 9. n. 42.* nec auditur dominus probare volens nullam inueſtituram factam fuiſſe, Sonsbec. *d. p. 9. n. 42.* Vult. *d. c. 9. n. 7.* Hic tamen effectus in vno eodemque patrono & vaſallo tantum durat, nam alterutro mortuo, non minus in hoc feudo renouatio inueſtituræ neceſſaria eſt, quam in quolibet alio, Roſenth. *d. concluſ. 77. in fin.* Vult. *d. c. 9. n.* 15. *in fin.* Weſenb. *d. c. 6. num. 3.* Hotom. *in d. §. ſi quis per 30.*

c) Schrad. *d. p. 4. c. 4. num. 6.* Et hoc in tantum verum putamus, vt etiam ab ipſo domino rem præſcriptam vaſallus vindicare poſſit, licet ſine titulo præſcripſerit, *per alleg. ſup. th. præced. lit. g. & l. ſi quis emptionis, 8. ibi Salic. C. de præſcr. 30. annor.* Diſſ. *Dd. commun. in d. l. ſi quis. 8.* Aluarot. *n. 11.* Afflict. *num. 3. in d. § ſi quis per 30.* Roſenth. *d. c. 6. concl. 78. num. 2. & 3.* Fr. Balb. *d. tr. part. 2. princ. part. 3. quæſt. 6. num. 3.* Crauet. *de antiq. temp. p. 4. ſect. materia iſta, n. 25. & ſeqq.*

d) *Dd. com. in d. §. ſi quis per 30. annos.*

## V.

Mortis cauſa feudum *a* acquiritur ſucceſſione *b*, eaque vel legitima *c*, vel teſtamentaria *d*. Illa id adquirunt homines liberi *e*, ex primo adquirente per maſculos *f* deſcendentes *g*, modo ad ſeruitia præſtanda ſint habiles *h*. Hi inter ſe comparati vel in recta, vel in transuerſa linea ſunt *i*.

a) Etiam dignitatis, *cap. 1. in fin. de alien. feud. 1. F.* 13. Rittershuſ. *lib. 1. part. feud. c.* 12. *num.* 1. quod abſurdum videtur Hotom. *diſp. feud. c.* 18. olim ſecus fuit, *cap. 1. pr. de feu. March. 1. F.* 14. Curt. Iun. *de feud. part. 1. q. princ. 8. num. 5.* Duar. *c. 9. num.* 14. Roſenth. *c. 7. concluſ.* 15. *num. 3.* Guil. Forner. *c. 1. tit. de ſucc. in feud.* Non vero feudum Guardiæ, Gaſtaldiæ, aut Soldatæ, *c. 1. verſ. Soldata autem, quis dica. Dux. & c. 2. F.* 10. Duar. *d. c. 9. n.* 13. Rittershuſ. *d. c.* 12. *n.* 1.

b) *c. 1. in fin. ibi gl. de feud. cogn. 2. F. 1. c. 1. pr. de ſucc. fratr. 2. F. 11. c. 1. pr. de conſuet. rect. feud. 2. F. 33.* Hotom. *diſp. feud. c.* 18. Hart. Hartm. *pract. obſ. tit. de feud. obſ.* 18. *n.* 1. *& 3.* Hæc ſucceſſio pro feudi qualitate modo eſt vniuerſalis ſeu iuris, modo ſingularis, ſeu rei aut corporis, Rittershuſ. *d. c.* 12. *n.* 2. & non ſtatim cum ipſis feudis cœpit, ſicut prior modus, ſed longo tempore poſt, *c. 1. §. 1. & §§. ſeqq. de his qui feu. dar. poſſ. 1. F. 1.* Duar.

*d. c. 9.*

*d.c.9.n.*12. Roſenth. *d.c.7. concluſ.*15.*n.*2. Rittershuſ. *d.c.*12. *num.*1. Vult. *libr.*1.*c.9.num.23.*

c) Quæ recte regularis & ordinaria vocari poteſt, eo quod proprie ſola in feudis locum habeat. Vult. *d.c.9.num.69.* Schn. *part.6.n.3.* Borch. *c.7.p.2.n.3.* minus recte vero ſucceſsio ab inteſtato, *arg. pr. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. &c. l.1.in pr. ff. de ſatisd. & legit. hæred.* Vult. *d.c.9.n.85.*

d) Quæ irregularis & extraordinaria non male a quibusdam appellatur, eo quod feudorum naturæ regulariter repugnet, *vid. infr. theſ.8. lit.a.*

e) Ergo non ſerui, *cap.1. ſerv. poſt. del. ſucc. & c.2. F.106.* Vult. *d.c.9. num.65.* vbi hoc ad homines, quos hodie dicimus proprios, transfert.

f) *d.c.1.pr. de ſucc. fratr. c.1. in fin. in quib. cauſ. feud. amitt. 2. F.23. c.1. de nat. ſucceſſ. feud. 2. F.50.* Mozz. *de natur. feud. num.87.* Intrigliol. *quæſt. feud.7. num.10.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. t. des fieds, §.5. verb. ab inteſtato, num.3.* Hart. Hartm. *pract. obſ. tit. de feud. obſ.47.* ergo non cognati, *d.c.1.§. hoc autem, 3. de his qui feud. dar. &c. d.c.1. verſ. ad cognatos, de ſucc. fratr.* Duaren. *d.c.9.n.17. & ſeqq.* Borch. *d.c.7.p.2. num.34. & 78.* Rittershuſ. *d.c.12. num.8. & c.16.n.1.* Curt. Iun. *p.3. num.55.* Ant. Cont. *c. de ſucc. feud. verſ. cognati autem*, Steph. Forcat. *de feud. c.9. n.3.* Iacob. Kleiſt. *decad.2. feud. q.6.* Gail. *lib.2. obſ.151. num.6.*

g) *c.1.§. ſi capitanei, ibi* Aluarot. *de feud. March. 1. F.14. d.c.1.§. his vero, de ſucc. fratr. 2. F.11.* Borch. *d.c.7.p.2. num.78. in pr.* Rittershuſ. *d.c. 16.n.4.* Roſenth. *d.c.7. concluſ.58. n.1. & ſeqq.* Sonsbec. *p.4. num.14. p.9. n. 84. in fin. & num.88.* Clar. *§. feudum, q.79. num.1. & 3.* Molin. *in conſuet. Pariſ. tit.1. §.16. num.13.* Hartm. Piſt. *libr.2. quæſt.19. n.12.* ſiue tempore infeudationis nati, ſiue poſtea, Aluarot. *in c.1. n.7. de eo qui ſibi & hæred. & c.2. F.17.* Schneid. *d.p.6. de ſucc. deſcend. num.6.* Schrader. *p.7. c.8. n.28. & ſeqq.* [conf. Ludwel. *Tr. de ſucceſsione feudi p.190. ſeqq.*] niſi pactione aliter diſpoſitum ſit, Vult. *d.c.9. num.97.* & ſiue maiores ſiue minores ſint, Vult. *d.c.9.n.62.* Non ſuccedunt ergo ii, qui primo acquirenti ex latere coniuncti ſunt, *d.c.1. in fin. de ſucceſſ. feud. 1. F.8. d.c.1.§. vlt. de feud. March. 1. F.14.* Schneid. *d.p.6. de ſucc. collat. n.6.* Vult. *d.c.9. num.102.* Schrad. *d. c.7. num.1.* Weſenb. *c.6. n.16.* Mozz. *de ſubſt. feud. num.75.* Hartm. Piſt. *d. q.19. n.41.* vbi idem etiam iure Saxon. obtinere probat, *vid. infr. th.7. lit.b.* non affines, Vult. *d.c.9. num.120.* non maritus vxori, vel contra *c.1. an mar. ſucc. vxor. 1. F.15. c.1. de inueſt. quam Tit. accep. & c.2. F.13.* Schrad. *d. c.7. n.24.* Roſenth. *d.c.7. concl.60. num.6.* Zaſ. *part.8. n.7.* Hannet. *lib.2. c.11.* Duaren. *c.11. n.16.* Rittershuſ. *d.c.16. n.19.21. & ſeq.* niſi ſuperſtes ſpeciali-

ter inueſtitus ſit, *d. c. 1. an marit. ſucc. & c. c. 1. de inueſt. in mar. fact. 2. F. 15.* Schneid. *d. p. 6. tit. vlt. n. 6.* Rittershuſ. *d. c. 16. n. 20.* Hartm. *pract. obſ. tit. de feud. obſ. 16. uum. vlt.* vel feudum ſit proprie hereditarium, Vult. Schrad. Roſenth. *dd. locis.* Diſſ. Ritterh. *d. c. 16. num. 26.* non fiſcus, Vult. *d. c. 9. in fin.* Roſenth. *d. concl. 60. n. 12. & ſeq.* Rittershuſ. *d. c. 16. n. vlt.* vbi hoc limitat in caſu, quo dominus feudi nullos heredes reliquit; non denique vllus alius extraneus, niſi pacto cautum ſit, Vult. *d. c. 9. n. 121.*

h) Ergo regulariter non fœminæ, clerici ac imperfecti, *de quib. infr. diſp. ſeq.*

i) Roſenth. *d. c. 7. concl. 14. num. 1.*

## VI.

In linea recta ſunt vel aſcendentes, vel deſcendentes *a.* Illi regulariter in feudis non ſuccedunt *b:* hi ſi fuerint legitime nati *c,* licet a parentibus emancipati *d,* exheredati *e,* aut præteriti *f,* in quolibet feudo *g* cæteris ſunt potiores *h,* ſed ita ut in feudo hereditario ſimul heredes exiſtant *i:* Et ſi primi ſint gradus, in capita *k:* ſi vlterioris, in ſtirpes *l* æqualiter *m* ſuccedunt.

a) *tot. tit. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. tot. tit. C. de ſuis & legit. hæred. Nov. 118.* Roſenth. *d. c. 7. concl. 14. n. 1.*

b) *d. c. 1. de nat. ſucc. feud. 2. F. 50. ibi Dd. commun.* Curt. Iun. *p. 3. m. 2. n. 42.* Zaſ. *p. 8. n 2.* Hannet. *lib. 2. c. 5.* Duaren. *c. 11. n. 10.* Sonsb. *p. 9. n. 45.* Moz. *de ſubſt. feud. n. 74. & de natur. feud. n. 103.* Borch. *c. 7. p. 2. num. 9. & 77.* Intrigliol. *quæſt. feud. 38. n. 28. & ſeq. ac q. 50. n. 216.* Schrad. *p. 7. c. 6. n. 1.* Roſenth. *c. 7. concl. 14. num. 2. & ſeqq.* Vult. *lib. 1. c. 9. n. 101.* Guil. Forner. *c. 1. tit. de ſucc. & c. in pr.* Rittershuſ. *lib. 1. c. 12. num. 9.* Hartm. Piſtor. *lib. 2. q. 19. n. 5.* Hart. Hartm. *tit. de feud. obſ. 16. n. 4. obſ. 17. n. 1. & obſ. 46. num. 1. & 2.* Val. Forſter. *lib. 7. de ſucc. ab inteſt. c. 4. n. 31. in add.* ſiue ſit feudum eccleſiaſticum, ſiue ſeculare, ſiue antiquum, ſiue nouum, Curt. Iun. Zaſ. Sonsbec. Mozz. *dd. locis.* Vult. *d. c. 9. num. 101.* Forſter. *d. c. 4. num. 33. & 39.* Mynſing. *cent. 3. obſ. 93.* Chaſſan. *in conſuet. Burg. tit. des fieds, §. 5. n. 7.* Diſſ. quoad antiquum, Schrad. *d. c. 6. n. 4.* Roſenth. *d. concl. 14. n. 9. & ſeqq.* [ quorum tamen ſententia ad caſus exceptos applicanda, ſi admitti debet Struv. *c. 9. th. 3. n. 3.* ] exceptis quatuor caſibus. [ Qui etiam in feudis Imperii obtinent. Itterus *c. 15. §. 1.* & ibi citati. Et poteſt iis addi quintus caſus, ſi feudum nouum a Domino iure antiqui feudi conceſſum, Struv. *d. th. 3. n. 4.*] (1.) Si pacto, conſue-

conſuetudine, vel ſtatuto [ illius loci vbi feudum ſitum Schrad. *P. 7. c. 6. n. 4.*] aliter diſpoſitum ſit, *c. 1. patr. in feud. fil. non ſucc. 2. F. 84.* Vult. *d. c. 9. n. 101.* Hannet. *d. c. 5.* Duar. *d. c. 11. num. 11.* Roſenth. *d. concluſ. 14. num. 18.* (2.) Si pater vel auus in gratiam filii vel nepotis feudum antiquum refutet, filius vero vel nepos, viuo patre aut auo, ſine herede maſculo decedat. Ardiz. *c. 237. de ſuc. feud. §. aſcendentes.* Zaſ. *d. p. 8. num. 2.* Curt. Iun. *d. p. 3. m. 2. num. 43.* Hannet. *d. c. 5.* Borch. *d. c. 7. p. 2. n. 9.* Vult. *d. c. 9. n. 101.* Roſenth. *d. concl. 14. n. 8.* Schrad. *d. c. 6. n. 4.* Ritterſhuſ. *d. c. 12. n. vlt.* Steph. Forcat. *de feud. c. 5. num. 8.* Idque in Camera Imperiali receptum eſſe & obſeruari teſtatur Mynſ. *cent. obſ. 93.* ex textibus tamen iuris feudalis hæc exceptio vix poteſt probari, *vid. c. 1. de nat. ſucc. feud. 2. F. 50. & d. c. 1. patr. in feud. fil. & c. 2.* F. *84.* Ceterum hoc feudum paternum manere nullum eſt dubium, *c. 1. de vaſall. decrep. ætat. 2. F. 14.* Petr. Gregor. *libr. 6. Syntagm. iur. c. 2. num. 14.* (3.) Si reſpectu meritorum patris eiusque contemplatione filius de feudo fuerit inveſtitus, *arg. c. 1. in fin. de benef. fratr. 1.* F. *20. l. 10. §. fin. ff. de vul. & pupill. ſubſt. l. 6. de collat. l. 6. de collat. l. vlt. Cod. de vſufr.* Curt. Iun. *d. p. 3. membr. 2. num. 44.* Duaren. *d. c. 11. num. 11* Vult *d. n. 101. in fin.* Roſenth. *d. concl. 14. num. 19.* Schrad. *d. c. 6. num. 4.* Rittersh. *d. c. 12. in fin.* Forſter. *d. cap. 4. num. 36.* [ D. Beier *ad* Schnobel. *diſp. feud. 7. th. 5.*] (4) Si ſit feudum mere hereditarium, *per Nouell. 118. c. 2.* Roſenth. *d. concl. 14. num. 22.* in quo cum fratribus defuncti ſuccedunt, *d. c. 2.* vid. Roſenth. *d. concluſ. 14. num. 22.* in prioribus vero caſibus omnes collaterales excludunt, Schrad. *d. c. 6. num. 10.* Hartm. Piſtor. *lib. 2. quæſt. 19. num. 5.* Iacob. Kleiſt. *dec. 2. quæſt. feud. 9.* [Struv. *d. th. 3. n. 3.* Diſſent. Schultz. *in ſyn. feud. c. 8. n.* 117. Ludwel. *c. 9. p. 206.*] niſi pacto inueſtituræ adiecto aliter cautum ſit, Schrad. *d. c. 6. num. 15.* Roſenth. *d. concluſ. 14. num. 24.* Diſſent. Andr. de Iſern. *in c. 1. in pr. num. 8. de ſucc. feud. 1. F. 8.* Matth. de Afflict. *in c. 1. col. 2. de vaſall. decr. ætat. & c. 2. F. 14.*

c) Siue ex vno, ſiue ex diuerſis matrimoniis, Vult. *d. c. 9. n. 87.* Borch. *d. c. 7. p. 2. num. 47.* Roſenth. *d. c. 7. concl. 16. num. 7.* Ritterſhuſ. *d. libr. 1. c. 15. num. 8.* niſi matrimonium cum aliqua ad morganaticam fuerit contractum, *c. 1. de fil. nat. ex matrim. & c. 2. F. 29. c. filii, ſi de feud. defunct. & c. 2. F. 26.* (qui textus negatiue eſt legendus, Duar. *c. 10. n. vlt.* Borch. *d. c. 7. p. 2. n. 56.* Roſenth. *d. c. 7. p. 2. n. 56.* Roſenth. *d. concl. 16. num. 8.* Forcat. *c. 6. num. 3.* Forner. *de ſucc. in feud.* [Struv. *S. I. F. c. 9. aph. 5. num. 9.* vid. de matrim. ad Morganat. Mylerus *in Gamol. Princ. c. 6.* Pufend. *de I. N. & G. l. 6. c. 1. §. vlt.* Linck. *in diſcurſu de matrimonio Lege Salia contracto* Itterus *de feud. Imp. c. 14. §. 10.*] ſiue ante, ſiue poſt mortem patris nati, Vult. *d. c. 9. num. 88.* Ro-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527452-p0017-4

ſenth. *d. bonoluſ. 16. n. 4.* Schrad. *d. p. 7. c. 5. num. 14.* ſiue vere nati ſint, ſiue ex vtero exſecti, *l. quod dicitur, 12. ff. de lib. & poſth. & c. l. 1. §. ſi qua prægnans, 9. Vnde cogn. l. 1. §. ſed ſi matris, 5. ad SC. Tertyll.* Roſenth. *d. concl. 16. num. 5.* Schrad. *d. c. 5. n. 13.* [ etiamſi ex Patre nobili & matre ignobili nati. Vultei. *vol. 3. conſ. Marp. 17. n. 52. ſeqq.* Sixtin. *conſ. 9. n. 70. ſeqq.* idem in matrimonio impari Principum imperii obtinet, vbi & liberi ex Patre Principe & matre plebeia geniti in feudis Regalibus ſuccedunt. Mylerus *in Gamol. c. 5. §. 61.* Steph. *de Iurisdict. p. 1. c. 7. m. 2. n. 42.* Salmuth. *in Reſp. de matrimon. Princ. cum virg. nob.* Itterus *de feud. Imp. c. 14. §. 9.* vbi præiudicium. Diſſent. Beſoldus & Andlerus citati ab Ittero. ] Non autem ſuccedunt adoptiui, *c. 1. §. adoptiuus*, ibi Cuiac. *ſi de feud. defunct. cont. ſit, & c. 2. F. 26.* Ritterhuſ. *d. lib. 1. c. 13. num. 4. & 6.* [ Dn. de Rhetz. *Inſt. Iur. Publ. l. 3. tit. 1. §. 9.* Itterus *de F. Imp. c. 14. §. 8.* Aliud in feudis mere hereditaris Carolus ab Hagen *Inſt. Iur. Publ. l. 2. c. 4. §. 5. in fin.* Adde Itterum *cit. loc.* ] niſi ex pacto ſtatuto, aut conſuetudine, Aluarot. *in d. §. adoptiuus, & in c. 1. in princ. de ſucc. feud. 1. F. 8.* Vult. *d. c. 9. num. 90.* Rittershuſ. *d. c. 13. n. 5.* vel principis autoritate, conſentiente feudi domino, ea lege adrogati, vt deficientibus adrogatoris agnatis ſuccedant, *arg. l. quod principis, 23. ff. de aqua pluv. arc. l. 2. l. 7. C. de prec. Imper. offer.* Bald. & Schenck. L. B. *in d. §. adoptiuus*, aliàs enim in præiudicium agnatorum principis authoritas non ſufficit, Guil. Forner. *d. c. 1. tit. diuerſ. fil. par. ſucc. gen.* Item, non ſuccedunt naturales, *d. c. 1. §. naturales, ſi de feud. def. & c.* [ neque in feudis Imperii, neque in Regnis. Itterus *c. 14. §. 1.* Bœclerus *ad* Grot. *de I. B. & P. l. 2. c. 7. §. 8.* ] ne quidem in feudo fœmineo, licet nulli alii legitimi extent, *Dd. in d. §. naturales.* Vult. *d. c. 9. num. 91.* Schrader. *d. c. 5. num. 20.* Roſenth. *d. c. 7. concluſ. 19. n. 2.* Forcat. *de feud. c. 5. in fin.* Hart. Piſt. *lib. 2. quæſt. 40. num. 1. & 2.* Froſter. *lib. 6. de ſucc. ab inteſt. c. 12. num. 1.* [ Mylerus ab Ehrenbach. *in Gamolog. Princ. Imp. c. 23. num. 3. ſeq.* ] aut ipſi poſtea fiant legitimi, ſiue per oblationem curiæ, *d. §. naturales, ibi Dd.* Vult. *d. c. 9. n. 93. in fin.* Borch. *d. c. 7. p. n. 53.* nec diſtinguimus, num ante vel poſt oblationem pater feudum adquiſierit, *arg. Nov. 89. c. 4. iunct. d. c. 1. de ſucc. fratr. 2. F. 11. c. 1. de nat. ſucc. feud. 2. F. 50.* Diſſent. Borch. *d. c. 7, p. 2. num. 53.* Sonsb. *p. 9. num. 66.* [ Ludwel. Tr. feud. *de ſucceſſ. feudi p. 163.* ] ſiue per reſcriptum principis, *Dd. in d. §. naturales.* Vult. *d. c. 9. num. 93.* Borch. *d. c. 7. p. 2. n. 54.* Piſtor. *d. quæſt. 40. n. 14.* Forſter. *d. libr. 6. c. 29. num. 12. & c. 39. n. 1.* Chaſſan. *in conſuet. Burg. rub. 3. §. 5. n. 23. & rub. 5. §. 3. verb. ab inteſtato, n. 5.* Molin. *in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 8. gl. 1. n. 38.* Tiraquel. *de iur. primog. q. 34.* [ Iacob.

Otto

Otto. *Tr. de Legitimat. Hypotypoſ. 16.*] niſi ab ipſo feudi domino, aut certe eo & agnatis conſentientibus a principe ad feuda legitimentur, *gl. in d. §. naturales.* Vult. & Borch. *dd. loc.* Forſter. *d. libr. 6. c. 12. in fin.* Weſenbec. *de feud. c. 6. num. 12.* quo caſu ſufficit, ſi in genere feudorum mentio fiat, *gl. in d. c. naturales.* Vult. *d. c. 9. num. 93. verſ. dictum eſt*, Sonsb. *d. p. 9. num. 70.* Roſenth. *d. concluſ. 19. num. 11.* Hart. Piſt. *d. q. 40. num. 8. & 9.* Diſſ. Bald. & Aluarot. *in d. §. naturales.* Cæterum conſenſu domini & agnatorum deficiente, hos legitimatos ab hoc ſucceſsionis iure alienos putamus, vtcunque de voluntate principis legitimantis liquide conſtet, *arg. c. 1. de alien. feud. 1. F. 13. l. 2. in fin. ff. de natal. reſtit. l. id quod noſtrum, 11. de reg. iur. l. digna vox. C. de ll. l. pen. C. de prec. imp. offer. l. vlt. C. ſi cont. ius vel public. vtil. & c. l. nec auus. 4. C. de emanc. lib.* Vult. *d. num. 93.* Sonsb. *d. p. 9. n. 69.* Schrad. *d. c. 5. n. 28.* Piſt. *d. q. 40. num. 24. & ſeqq.* Forſter. *d. libr. 6. c. 39. n. 9.* Molin. *d. §. 8. gl. 1. n. 39.* Fachin. *lib. 7. controv. c. 49. & ſeq.* [Struv. *d. th. 3. n. 10.* vbi *n. 11.* ad argumenta diſſentientium reſpondet. Circa feuda Imperii eiusdem ſententiæ eſt Myler. ab Ehrenbach. *in Gamol. c. 25. §. 1. ſeq.* A quo tamen Diſſentit Itterus *d. c. 14. §. 6.* Dn. de Rhez. *ad 1. F. 8. p. 304. ſeqq.*] Diſſ. Dd. varie. (1.) quidem abſque. domini conſenſu hanc legitimationem ad feuda procedere, Alex. *conſ. 2. num. 16. vol. 1.* Curt. Iun. *conſ. 1. n. 16.* Alciat. *reſponſ. 171. n. 4.* (2.) alii principem ex plenitudine poteſtatis per legitimationem in feudo antiquo, agnatis etiam non conſentientibus præiudicare poſſe, putantes, Iaſ. *in l. fin. num. 23. ff. de conſtit. princ.* Borch. *d. c. 7. p. 2. num. 54.* Roſenth. *d. concluſ. 19. num. 24. & ſeqq.* Gail. *lib. 2. obſ. 142. n. 15. & ſeqq.* Quid, ſi per ſubſequens matrimonium fiant legitimi? Idem eſt inſpecta veritate theorica, *d. §. naturales*, ibi Hotom. *& conſ. 10. vol. 1.* Sonsbec. *d. p. 9. n. 72.* Vult. *d. c. 9. num. 94.* Forner. *de ſucceſſ. in feud. verſ. at quid ſi per ſubſequens matrim.* qui tamen diſtinguit, Rittershuſ. *d. c. 13. num. 3.* [Diſſentit rectius Dn. de Rhez. *de Iur. Publ. l. 1. t. 20. §. 7.* vbi *d. §. naturales* 2. *F. 26.* explicat de caſu vbi iam ſucceſsio antea ad legitimos deuoluta, & ſic de legitimatione per reſcriptum. Hattyſ. *in Anal. Iur. Feud. c. 7. §. legitimati lit. D.* Rudinger. *var. lect. Iur. feud. l. 1. c. 16.* Aliter Struv. *d. th. 3. n. 12.*] aliud vero inſpecto iudiciorum vſu & obſeruantia, Borch. *d. c. 7. p. 2. num. 48.* Clar. *d. §. feudum. q. 82. num. 4.* Schrad. *d. p. 7. c. 5. num. 21.* Roſenth. *d. c. 7. concluſ. 18. num. 1. & 2.* Piſt. *lib. 2. quæſt. 41. num. 1. & paſſim.* Minſing. *cent. 5. obſ. 42.* Gail. *libr. 2. obſ. 141. num. 2.* Ant. Gabr. *libr. 6. com. concl. tit. de legitim. concluſ. 1. num. 22.* Mich. Graſſ. *lib. rec. ſent. §. ſucc. ab inteſt. q. 19. num. 7. & lib. 2. commun. opin. c. 5. concl. 10.* Eman. Soar. *theſ. rec. ſent. lit. L. num. 125.*

Ioan.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527452-p0019-9

Ioan. Bapt. Villalob. *commun. opin. verb. legitimatus*, *num. 73.* late Acad. Wittenb. *in conſult. ſup. conſt. Elect. Saxon. part. 2. quæſt. 35.* [ Bottilier *de ſucceſſ. ab Inteſt. Theor. 107. n. 37.* Carpz. *p. 3. c. 28. d. 17.* Qui tamen *in Diſp. feud. 5. th. 34.* ſibi contradicit. Idem in Omnibus fere regnis obtinet Mylerus ab Ehrenbach *in Gamolog. c. 24. §. 2.* Itterus. *de feud. Imp. c. 14. §. 2.* ] niſi pro legitime natis, & ex corpore legitime deſcendentibus feudum ſit conceſſum, Vult. *d. n. 94.* Bald. Aluarot. Schenck. L. B. *in d. §. naturales.* Curt. Iun. *d. p. 3. m. 2. num. 41. & conſ. 64. n. 11.* Ant. Gabr. *d. concluſ. 1. n. 27.* Intrigliol. *quæſt. feud. 9. n. 265. & ſeqq.* Diſſ. Clar. *d. q. 82. num. 5.* Borch. *d. c. 7. p. 2. num. 51.* Schrad. *d. c. 5. num. 21.* Roſenth. *d. concluſ. 18. n. 4. & ſeqq. & concl. 19. n. 32.* Piſtor. *d. q. 41. num. 20. & ſeqq.* Schurff. *cent. 1. conſ. 1. num. 17. & ſeqq.* Fachin. *lib. 7. controv. c. 51.* & aliiſ ſupr. allegat. [ Item Finckelth. *d. feud. 6. th. 13.* Schultz. *Syn. feud. c. 8. n. 43.* Struv. *d. th. 3. n. 12.* ]

d) *Arg. l. tutelas, 7. C. de cap. min. Nov. 118. c. 1. iunct. c. 1. de ſucc. fratr. 2. F. 11.* Curt. Iun. *d. m. 2 num. 2. & ſeqq.* Iacob. Ardiz. *de ſucc. feud. c. 137.* Vult. *d. c. 9. num. 89.* Borch. *d. c. 7. p. 2. num. 46. in fin.* Schrad. *d. c. 5. num. 1.* Roſenth. *d. c. 7. concluſ. 16. num. 1. & ſeqq.* Intrigliol. *quæſt. feud. 7. n. 14.* Duar. *c. 11. num. 3.* Forcat. *c. 5. n. 16.* Rittershuſ. *c. 15. in pr.* Diſſ. Sonsbec. *d. p. 9. num. 59.*

e) In feudo pactionato indiſtincte, ſiue iuſte, ſiue iniuſte, in hereditario autem tantum ſi iniuſte exheredati ſint, *arg. c. 1. in pr. de ſucceſ. feud. 1. F. 8.* Vult. *d. c. 9. num. 96.* Borch. *d. c. 7. p. 2. num. 61.* Clar. *d. §. feudum, q. 74.* Roſenth. *d. c. 7. concluſ. 10. num. 8. & ſeqq.* Schrad. *d p. 7. c. 2. num. 39.* Rittershuſ. *d. c. 15. n. 5. & 6.* Alv. Valaſc. *de iur. emphyt. q. 45.* Diſſ. Sonsbec. *p. 9. num. 61.* [ quem refutat Ludwel. *Tr. feud. de ſucceſ. F. c. 3. p. 180.* ] Curt. Iun. *d. membr. 2. n. 6.* Hanneton. *lib. 2. c. 3.* Zaſ. *p. 8. n. 8.* Duar. *d. c. 11. num. 4.* Forcat. *d. c. 5. num. 17.* Forner. *de feud. tit. diuer. fil. par. ſucc. &c. per c. 1. §. prædictis modis, quæ fuit prim. cauſa benef. amit. 2.* F. 24.

f) Bald. Aluar. Præpoſ. & Afflict. *in c. 1. an. agnat. vel fil. poſſ. retin. feud. & c. 2. F. 45.* Curt. Iun. *d. membr. 2. num. 9.* Zaſ. *d. p. 8. n. 7.* Sonsbec. *d. p. 9. num. 62.* Vult. *d. c. 9. n. 95.* Schrad. *d. c. 5. num. 12.* Roſenth. *d. c. 7. concluſ. 22. n. 2.* Rittershuſ. *d. c. 15. n. 7.*

g) Tam maſculino, quam fœmineo, *c. 1. verſ. ad filias. de ſucc. fratr. 2. F. 11. c. 1. de eo qui ſibi vel hæred. & c. 2. F. 7. c. 1. de feud. fœmin. 2. F. 30.* tam nouo, quam antiquo, *c. 1. de ſucc. feud. 1. F. 8. c. 1. §. 1. de feud. March. 1. F. 14. c. 1. pr. de benef. fratr. 1. F. 20.* tam eccleſiaſtico, quam ſeculari, Curt. Iun. *d. p. 3. memb. 2. n. 1.* Duar. *d. c. 11. n. 2.* Borch. *d. c. 7. p. 2. num. 88.* Schrad.

*d. c. 5.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527452-p0020-1

*d. c. 5. num. 8.* Diſſentit. Bald. *in auth. defuncto. C. ad SC. Tertyll.*

h) *d. c.* 1. *§. ſi capitanei, de feud. March. de c.* 1. *pr. de ſucc. frat. Novel.* 118. *c.* 1. *pr.* Rittershuſ. *d. lib.* 1. *c.* 13. *num.* 1. in infinitum vſque, *d. c.* 1. *de ſucc. feud. c.* 1. *§.* 1. *& §. hoc quoque in fin. de his qui feud. dar. poſſ.* Clar. *d. §. feudum, q. 79. num.* 1. Duar. *d. c.* 11. *num.* 1. Roſenthal. *d. concluſ.* 15. *num.* 1. 5. *& ſeqq.* licet tantum vocem filiorum inueſtitura habeat, & inferior a principe feudum concedat, Hartm. Piſtor. *lib. 2. quæſt. 19. in fin.* Fachin. *lib. 7. controv. c. 75.* Diſſent. Curt. Iun. *part. 2. tit. de feud. laicor. num. 46. & ſeqq.* Anton. Gab. *com. concluſ. tit. de verb. ſignif. concluſ. 1. num. 18.* Paul. Pic. *in c. 1. §. & quia vidimus, num. 2. & ſeqq. de his qui feud. dar. poſſ.*

i) *c. 1. an agnat. vel fil. poſſ. retin. feud. ibi Dd. & argum. l. cum patronus, 22. §. cum libertus, ibi gl. ff. de oper. libert.* Hannet. *lib. 2. c. 3.* Sonsbec. *d. p. 9. num. 164.* Borch. *d. c. 7. p. 2. num. 94.* Schrad. *d. p. 7. c. 2. num. 45. & ſeq.* Roſenth. *c. 2. concluſ. 33. num. 5. & c. 7. concluſ. 21. num. 2. & 9.* Mynſing. *cent. 3. obſ. 67. num. 3.* Gail. *lib. 2. obſerv. 154. num. 10.* idem de feudo, quod Dd. mixtum & informe vocant, affirmamus, *arg. l. a duobus, 4. l. ſi operas, 29. ff. de oper. libert.* Roſenth. *d. c. 2. concluſ. 33. num. 46. concluſ. 50. num. 5. & ibid. alleg. ac c. 7. concuſ. 20. num. 2.* Diſſ. quoad primum Bald. *in c. 1. num. 9. de eo qui ſibi vel hered. ſuis, & c. 2. 17.* non vero etiam de pactionato ſiue nouo ſiue antiquo, *arg. d. l. cum patronus, 22. § cum libertus, ibi gloſ. Pinel. in l. 1. C. de bon. mat. p. 3. num. 85.* Mynſing. *d. obſ. 67. num. 5. cum ſeqq. & cent. 4. obſ. 2. num. 2.* Gail. *d. obſ. 154. num. 1. & ſeq.* Roſenth. *d. concluſ. 33. num. 38. & 63. ac d. c. 7. concluſ. 21. num. 3. cum ſeqq.* vbi ita in Cam. Imper. iudicatum refert. Diſſent. Iſern. *num. 6.* Afflict. *num. 9.* Balzarin. *num. 17. in d. c. 1. an agnn. vel fil. &c.* Camerar. *in c. 1. §. præterea ducatus, verſ. quarta ſpecies de probib. feud. alien. per Frid.* Intrigliol. *quæſt. feud 51. num. 97.* Rittershuſ. *lib. 1. part. feud. c. 15. num. 15.* Couar. *lib. 2. var. reſolut. c. 18. num. 4.* Piſtor. *lib. 2. q. 2.* Fachin. *lib. 7. controv. c. 3.* Aluar. Valaſc. *tr. de iur. emphyt. q. 44. num. 4. & 5.* [Liberi ſemper ſimul hereditatem acceptare debent *2. F. 45.* quando igitur inter liberos feudum ex pacto & prouidentia dici poſſit, ſupra dictum *d. 1. th. vlt. lit. k. p. 60.* ] & quoad nouum Clar. *d. §. feud. q. 76.* Borch. *d. c. 7. p. 2. num. 94.* Hæc quoque in nepote & vlteriore, auo vel alii aſcendentium ſuccedente, obtinent, Alex. *conſ. 26. num. 4. & 8. vol. 5.* & ibi Molin. Zaſ. *d. p. 8. num. 6.* Roſenth. *d. concluſ. 21. lit. b.* Diſſ. Dec. *conſ. 445. num. 51. in fin.*

Ioan. Ant. Rub. *conſ. 84. num. 8. & ſeq.* Balzarin. *in d. c. 1. num. 15. an agn. vel fil. &c.*

k) *l. inter filios, 11. C. famil. erciſc. l. 1. C. vnd. lib.* Excepto caſu, quo ſoli primogenito ex ſtatuto vel conſuetudine feudum cedit. [ Vbi ſecundo genitis Apannagium datur vid. Springinsfeld *Tr. de Apannagio.* Differt autem a primogenitura, Maioratus vbi ſenior ſuccedit Dn. de Rhetz. *in comment. p. 310. num. 11.* add. Melch. Pelaez a Meres, *Tr. de Maioratu Hispaniæ.*]

l) Siue ſoli ſint, ſiue cum filiis concurrant, [Struv. *c. 9. th. 5. n. 2. & 3.*] etiam in infinitum, *d. c. 1. de ſuc. feud.* 1. F. *8. c. 1. §. vlt. conſtit. feud. D. Lothar. & c. 1. F. 19. c. 1. de ſuc. frat. 2. F. 11.* Excepto feudo, quod ſoli primogenito debetur, [ prout ſunt pleraq; feuda regalia Itterus *c. 12. §. 4.* vbi in ſeqq. §§. de Origine Iuris primogenituræ prolixius agit. & tandem §. *15. & 16.* illa Imp. feuda, in quibus ius primogenituræ receptum, recenſet. ] in quo illius nepos filium ſecundo genitum excludit, *arg. d. c. 1. de ſucc. feud. iunct. l. ſed ſi, 6. §. 1. ff. de hæred. inſt. l. cohæredi, 41. §. cum filiæ, de vulg. & pupill. ſubſt. l. ſi nepotes, 7. de collat. l. ult. C. de impub. & ali. ſubſtit* Shenck. L. B. *ad c. 1. de feud. March. 1. F. 14.* Tiraquel. *de primogen. q. 4. num. 21.* Forc. *de feud. c. 6. num. 8. & 9.* Rittersh. *d. c. 15. num. 13. ibi plures* Aluar. Valaſc. *de iur. emph. q. 50. num. 12.* [ Dn. Arnold. Engelbrecht. *Diſ. de ſucceſſione in Electoratibus ex iure primogenituræ* Knipſchild. *de fideicom. fam. c. 9. num. 63. ſeqq.* Lampad. *de Rep. Rom. Germ. p. 3. c. 4. §. 14. ſeq.* ] Diſſ. Bart. *in auth. poſt. fratres. C. de legit. hær.* Iaſon. *in l. maximum vitium, verſ. tertio nota, C. de liber. præt.* Alex. *conſ. 54. vol. 3.* Cuiac. *lib. 2. feud. tit. 11.* [ Nec attenditur an ante adeptum feudum & dignitatem paternam natus, an poſtea Schüz. *de Iure Publ. d. 7. th. 10. lit. d.* Arniſ. *de Rep. l. 2. c. 2. Sect. 11.* Gaſtel. *de ſtatu Europæ c. 40.* & ibi citati.]

m) *d. c. 1. de ſucc. feud. 1. F. 8. c. 1. §. antiquiſſimo enim, de his qui feud. dar. poſſ. 1. F. 1.* non attento quod forte a patre ſuo in teſtamento ratione allodialium inſtituti ſint ex portionibus inæqualibus, Paul. Pic. *in d. c. 1. num. 21. & ſeq. de ſuc. feud.* Vult. *d. c. 9. num. 100.* Rittershuſ. *d. c. 15. num. 3. & ſeq.* An etiam æqualiter in feudis regalibus? Affirm. Licet enim ea Fridericus Imp. *in c. 1. §. firmiter etiam, de prohib. feud. alien. per Frid. 2. F. 55.* & Pontifex. *in c. licet. 6. ibi gl. extr. de vot. & voti redempt.* diuidi prohibuerit: tamen inde non ſequitur quod ſolus primogenitus in illis ſuccedat, *arg. l. communi l 7. princ. ff. com. diuid. l. via, 23. §. vlt. de ſerv. ruſt. præd. l. 2. §. 1. & 2. l. ſtipulationes non diuiduntur, 72. de verb. oblig.* Tiraq.

*de iur.*

*de iur. primog. q. 4. num. 49.* Chaſſan. *in conſuet. Burg. tit. de feud. rub. 3. §. 6. num. 21.* Camerar. *in c. Imperialem*, *§. præterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Frid.* Diſſ. Schenck L. B. *in c. 1. §. & quia vidimus, num. 16. de his qui feud. dar. poſſ. & in c. omnes filii, num. 4. ſi de feud. defun. cont. fuer. &c.* Clar. *d. §. feud. q. 81.* Pinel. *in l. 1. p. 3. num. 17. C. de bon. mat.* Imo hodie ex recepta conſuetudine diuiduntur, Roſenth. *c. 9. concluſ. 56. num. 5. & ſeqq.* Gail. *lib. 2. obſ. 153. num. 2.* Hart. Hartm. *pract. obſ. tit. de feud. 54. obſ. 19. num. 5.* [ Gœden. *Conſ. 20. num. 4.* Dn. a Seckendorf im Teutſchen Fürſten Staat *P. 2. c. 3. n. 2.* in multis tamen reductum eſt ius primogenituræ Itterus *d. §. 15. ſeq.* Reinking. *de Reg. S. & E. l. 1. d. 4. c. 17. n. 30.*]

## VII.

Deficiente linea recta ius ſuccedendi ad lineam transverſam deuoluitur *a*; in qua conſtituti tantum in feudo paterno vel antiquo ſuccedunt *b*, etiamſi heredes non ſint *c*. Inter hos omnium primi ſunt fratres defuncti *d*, nec non fratrum prædefunctorum filii: Illi quidem in capita *e*; hi concurrentes cum illis in ſtirpes *f*; ſoli vero exiſtentes in capita ſuccedunt *g*. His porro deficientibus, reliqui agnati gradu proximiores *h* in capita *i* vsque in infinitum *k* vocantur *l*.

a) Rittershuſ. *lib. 1. part. feud. c. 13. in pr.* Diſſ. Hotom. *diſp. feud. c. 19.* Hubert. Giphan. *tr. feud. c. 12. n. 48.* putantes proprie nullam eſſe collateralium ſucceſſionem in feudis. [Sed omnem ſucceſſionem deſcendentium eſſe. Setz. *d. feud. 7. th. 23.* quam ſententiam refutat Ludwel. *Tr. feud. de de ſucceſſ. feud c 4. p. 201.*] Succedunt autem non proprio hereditatis iure, ſed potius concedentis domini & primi acquirentis beneficio, Pariſ. *conſ. 65. num. 3.* Schrad. *p. 7. c. 7. num. 14.* [Itterus *de feud. Imp. c. 15. §. 3.*] Iure Sax. vi ſimultaneæ inueſtituræ, aus Macht des Gedings und geſambter Lehen, Gail. *libr. 2. obſerv. 151. num. 5.* Fachſ. *diff. 29.*

b) *c. 1. §. cum autem, ſi de inueſt. contr. fuer. 1. F. 4. c. 1. de ſucc. frat. 2. F. 11. c. 1. an agn. vel fil. & c. 2. F. 45. c. 1. de nat. ſuc. feud. 2. F. 50.* Iure Sax. ne quidem in his feudis ſuccedunt, niſi in ſimultanea inueſtitura permanſerint, Lehn. *c. 6. c. 21. & c. 32.* Vult. *lib. 1. feud. c. 9. num. 104. in fin.* Roſenth. *d. c. 7. concluſ. 59. num. 4.* Giphan. *d. tr. c. de ſuc. agn.* Fachſ. *d. diff. 29.* Gail. *d. obſ. 151. num. 5.* Piſtor. *lib. 2. q. 19. num. 88. cum ſeq. & q. 29. num. 19.* Non autem ſuccedunt in feudo nouo, *per alleg. ſupr. th. 5. lit. g. & c. 1. de frat.*

*nov. benef. inueſt. 2. F. 12. c. 1. in fin. de eo qui fin. fec. agn. & c. 2. F. 49.* Mynſing. *5. obſ. 72. num. 3. & ſeqq.* [licet feudum ſit oblatum. Itterus *d. l. §. 4.*] etiam ſi communiter de eodem inueſtiti ſint, *c. 1. §. cum vero, verſ. ſin autem, de his qui feud. dar. & c. 1. F. 1. c. 1. in fin. de ſucc. feud. 1. F. 8. c. 1. §. vlt. de feud. March. 1. F. 14.* vel ab Imperatore aut alio ſuperiorem non recognoſcente id habeant, Vult. *d. c. 9. num. 119. verſ. quamuis autem*, Iſern. *n. 2.* Aluarot. *num. 9. in c. 1. de benef. frat.* Diſſ. Bald. & Præpoſ. *in d. c. 1. de frat. de nov. benef. & c. & in c. 1. de duob. fratr. a Capitan. & c. 2. F. 18.* Iaſ. Caſtr. & Cuman. *in l. ſi mihi, 110. ff. de verb. obl.* Clar. *lib. 4. §. feud. q. 77. num. 3. per l. 1. C. ſi liberal. Imper. ſoc. ſine hered. deceſſ. lib. 10.* [Quorum ſententia etiam communior & receptior Schrad. *P. 7. c. 1. num. 11.* Brunneman. *in comment. ad d. l. vn.* Dn. de Rhez. *de I. Publ. l. 2. tit. 31. §. 4. in fin.*] Excipiuntur ſex caſus: I. Si ſit feudum abſolute hereditarium, vid. Fachin. *libr. 7. contr. c. 6.* II. Si pactum, ſtatutum, vel conſuetudo contraria extet, *d. c. 1. §. cum vero Conrad. de his qui feud. dar. & c. 1. F. 1. d. c. 1. de benef. fratr. 1. F. 20. & d. c. 1. de duob. fratr. & c. 2, F. 18.* Guil. Forner. *de feud. c. 1. de ſucc. collat.* vbi de conſuetudine Galliæ teſtatur. [Huc etiam pertinet ſi feudum nouum iure antiqui conceſſum Finckelth. *D. 2. th. 15.* Ludwel. *d. Tr. feud. p. 203. ſeq.* vbi contraria argumenta refellit. Dn. de Rhetz. *in comment. Feud. p. 99.*] III. Si communi pecunia feudum ſit comparatum, ſiue vnius ſiue vtriusque nomine, ſciente tamen domino, *d. c. 1. de benef. fratr. 1. F. 20. iunct. c. 1. de frat. de nov. benef. inueſt. 2. F. 12.* Roſenth. *d. c. 7. concluſ. 59. num. 6.* Sonsbec. *d. p. 9. num. 81. & ſeqq.* IV. Si ab altero una habitantium fratrum vtriusque nomine a domino ſciente vel gratis obtentum, vel propria pecunia ſit emptum, *d. c. 1. de benef. fratr. 1. F. 20.* Vult. *d. c. 9. num. 106. verſ. ſecundo ſi frater.* Sonsbec. *d. p. 9. num. 83.* Roſenth. *d. concl. 59. num. 7.* Rittershuſ. *d. c. 16. num. 2.* Diſſ. Bocer. *claſſ. 4. diſp. 15. th. 25.* V. Si a fratribus aduerſus hoſtem domini communibus equis & armis, ipſo hanc communionem non ignorante, militantibus ſimul ſit acquiſitum, *d. c. 1. in fin. de benef. fratr. & d. c. 1. de frat. de nov. benef. inueſt.* Vult. *d. c. 9. num. 106. verſ. tertio ſi fratres.* Roſenth. *d. concluſ. 59. num. 5.* Rittershuſ. *d. c. 16. num. 2.* [add. Struv. *c. 9. th. 4. n. 2.*] VI. Si cuilibet fratrum datum ſit in ſolidum, *per l. ſi creditor. 60. §. duobus, 2. ff. mand. l. idem erit, 3. §. vlt. l. 5. de adſingn. lib.* Vult. *d. c. 9. num. 106. verſ. quarto ſi cuilibet*, Zaſ. *d. p. 8. num. 27.* Schrad. *p. 7. c. 1. num. 16.* Roſenth. *c. 6. concluſ. 75. num. 75.* His caſibus ſi tantum fratrum mentio in inſtrumento fiat, fratris filii patruo non ſuccedunt. Roſenth. *d. c. 7. concl. 58. num. 8. & ſeqq.* Rittershuſ. *d. c. 16. num. 3.*

[Diſſ.

[Diſſ. Struv. *d. th. 9. num. 3.* cuius ſententia verior videtur. Add. Carpzov. *p. 3. l. 29. d. 3.*] idem dicimus, ſi tenor inueſtituræ habeat, vt portio feudi ſine liberis decedentis ad fratres ſuperſtites ſeu ſuperuiuentes perueniat, Roſenth. *d. c. 7. concluſ. 59. num. 1. & ſeqq.* Diſſ. Piſtor. *lib. 2. q. 23. num. 3. 4. 13. & ſeqq.*

c) Siue ſit feudum ex pacto & prouidentia, de quo omnes conueniunt, *in d. c. 1. an agnat. vel. fil. &c.* Hartm. Piſt. *lib. 2. q. 2.* ſiue improprium hereditarium, quæ Pyleanorum ſententia dicitur a Roſenth. *d. c. 7. concluſ. 21. & c. 2. concluſ. 33. num. 5. num. 39. cum ſeq. ibi plures vide.* [Imo ratione collateralium omne feudum eſt ex pacto & prouidentia. *2. F. 45.*] Diſſ. Camerar. *in c. imperialem, §. præterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Frid.* Curt. Iun. *part. 1. feud. q. 8. num. 91.* Pinel. *in l. 1. C. de bon. mater. p. 3. num. 85.* Hartm. Piſt. *lib. 2. quæſt. p. 1. q. 14. num. 42. & 45.* Fachin. *lib. 7. controv. c. 5. & alii ſupr. theſ. præced. lit. i. allegati.* horum opinionem Neapolitanorum vocat Roſenth. *d. c. 2. concl. 33. num. 6. & d. c. 7. concluſ. 20. per tot.* Idque in tantum verum eſt, vt ne quidem primi acquirentis heredes mediate eſſe neceſſe habeant, per ea quæ tradit Roſenth. *d. concl. 33. & d. concluſ. 21. num. 7. & ſeq.* Diſſ. Weſenbec. *c. 6. in fin.* Borch. *d. c. 7. p. 2. num. 94. in fin.* Intrigliol. *quæſt. feud. 45. num. 118. & ſeq.* Aliud eſt in feudo proprie hereditario, ſiue abſolute tale ſit, ſiue aliquatenus, per ea quæ Roſenth. *d. concluſ. 21.* & alii modo allegati tradunt.

d) Siue germani ſint, ſiue conſanguinei, *c. 1. §. his vero, de ſucceſſ. fratr. ibi Dd. com.* Sonsbec. *d. p. 9. num. 89.* Rittershuſ. *d. c. 16. num. 5.* Gail. *lib. 2. obſ. 151.* Hartm. Piſtor. *lib. 1. q. 33. num. 33. & lib. 2. p. 2. q. 43. num. 1. 2. 12. & ſeq.*] Ludwel. *d. tr. 209.* vbi ad contraria reſpondet Struv. *d. c. 9. th. 6. num. 1.* Carpzov. *P. 3. C. 39. d. 5.*] Diſſ. Guid. Forner. *de feud. c. 1. de ſucc. collat. reg. 4.* etiam de Iure Saxon. Landrecht/ *lib. 2. art. 20.* Weſenbec. *d. c. 6. num. 16.* niſi ſucceſſio feudi ſit inſtar allodialium redacta, in qua illi hos excludunt, Chaſſan. *in conſuet. Burgund. tit. des fiefs, §. 5. num. 12. in pr.* Weſenbec. *conſ. 82. num. 28.* quod ad feudum mixtum non eſt producendum, Vult. *d. c. 9. num. 118. in fin.* Roſenthal. *d. c. 7. concluſ. 57. num. 2.* Diſſ. Menoch. *conſ. 498. num. 13. vol. 5.* Vterini vero non ſuccedunt, Curt. Iun. *p. 3. membr. 3. num. 55.* Gail. *d. obſ. 151. in fin.* ne quidem in feudo fœmineo, ex defuncti fratris linea paterna proueniente, Sonsbec. *d. p. 9. num. 94. & ſeq.* Roſenth. *d. concl. 57. num. 3.* aliud eſt in proueniente ex materna linea, vel a matre acquiſito, in quo conſanguineos excludunt, *arg. d. c. 1. verſ. ad filius vero, de ſucc. fratr. 2. F. 11. & c. 1. §. hoc autem, de his qui feud.*

*dar.* & *c.* 1. *F.* 1. Roſenth. *d. concl.* 57. *num.* 4. Rittershuſ. *d. c.* 16. *num.* 5. [Zœſ. *de feud. c.* 10. *num.* 52. Struv. *c.* 9. *th.* 6. *num.* 2.]

e) *d. c.* 1. *de ſucc. frat.* niſi pacto aliud cautum ſit, Vult. *d. c.* 9. *num.* 107. Sonsbec. *d. p.* 9. *num.* 89. Guil. Forner. *d. c. de ſucc. collat. reg.* 3.

f) *d. c.* 1. §. *his vero*, & *c. ibi Dd. auth. ceſſante*, *C. de legit. hæred. Nov.* 118. *c.* 3. *Nov.* 127. *c.* 1. etiam de iure Sax. Lehn. *c.* 32. licet literis inueſtituræ inſerta ſit clauſula: Nach rechter Sipzahl / *Nov. Elect. Aug. p.* 3. *conſt.* 29. & ibi Dan. Moller. *in ſuis com.* Weſ. *conſ.* 13. *num.* 55. & *conſ.* 82. *num.* 19. Fachſ. *diff.* 29. [Conſ. Carpz. *p.* 3. *c.* 29. *d.* 11. *num.* 1. *ſeq.*] non tantum in feudo hereditario & mixto, ſed & in eo quod dicitur ex pacto & prouidentia, *d. c.* 1. §. *his vero*, & *c.* Vult. *d. c.* 9. *num.* 109. Roſ. *d. c.* 7. *concl.* 56. *num.* 12. 13. 17. & *ſeqq.* Rittersh. *d. c.* 16. *num.* 6. [Ludwel. *d. Tr. p.* 210. vbi diſſentientibus reſpondet: add. idem *in Synopſ. p.* 226.] Diſſ. Bart. *in auth. poſt. fratres*, *C. de leg. hered.* Couar. *pract. q.* 38. *num.* 13. Ant. Gabr. *Rom. lib.* 4. *com. concl. t. de ſuc. ab inteſt. concl.* 1. *num.* 8.

g) Ex conſtitutione Caroli V. Imp. in comitiis Spirenſibus anno 1529. promulgata, quæ ſi non extaret, idem nihil minus ex iure Ciuili decidendum eſſet, *arg. l.* 1. §. *vlt. ff. ſi pars hæred. pet. l.* 2. §. 2. *de ſuis* & *legit. hæred.* Vlpian. *in fragm. tit.* 26. §. *agnatorum.* 4. Gaius. 2. *Inſt.* 8. §. *pen. ver. Item ſi moriatur*, Azo. *in ſum. C. de legit. hær.* Cui. *in not. ad Vlp. frag. d. tit.* 26. *in Nov.* 118. & *lib.* 2. *F.* 11. Zaſ. *d. p.* 8. *num.* 18. *cum ſeq. lib.* 1. *ſing. reſp. c.* 7. & *lib.* 1. *conſ.* 4. Borch. *d. c.* 7. *p.* 2. *num.* 28. *cum ſeqq.* & *num.* 82. Rittershuſ. *d. c.* 16. *num.* 9. & *multis ſeqq.* Mynſ. *cent.* 3. *obſ.* 94. Ant. Teſſ. *deciſ. Pedem.* 162. Fach. *li.* 6. *contr. c.* 3. & *lib.* 7. *c.* 62. Diſſ. gl. Bart. Ang. Caſtr. *in auth. ceſſante*, *C. de legit. hær.* Bald. Aluar. Iſer. Præpoſ. & alii *in d. c.* 1. §. *his vero*, *de ſuc. frat.* Sonsb. *d. p.* 9. *num.* 100. & *ſeqq.* [plures diſſentientes citat Ludwel. *d. Tr. feud. p.* 211. *ſeqq.* vbi & dubiis reſpondet. add. Struv. *d. c.* 9. *th.* 6. *num.* 4. Idem in feudis Imperii diuiduis obtinet, aliud in indiuiduis, vbi ius primogenituræ viget. Itterus. *d. c.* 15. §. 9. & 10. & ibi citati] & ex iure Sax. Weichb. *tit.* Schweſter und Brůder Kinder ſind einander gleich nahe / ꝛc. Weſen. *conſ.* 41. *num.* 146. & *ſeqq. ac conſ.* 83. *num.* 16. *cum ſeqq.* Fachſ. *diff.* 28. Piſt. *li.* 2. *q.* 23. Hi excludunt patruum defuncti, *auth. poſt. fratres*, *C. de legit. hær. Nov.* 118. *c.* 3. & eodem modo ſuccedunt patruo magno, Borch. *d. c.* 7. *p.* 2. *num.* 82.

h) Vaſallo ſcilicet proxime defuncto, *arg. c.* 1. §. *his vero de ſuc. frat.* 2. *F.* 11. & *c.* 1. *in fin. de nat. ſuc. feud.* 2. *F.* 50. *l. omnia*, 32. §. *vlt. ff. de legat.* 2. *in fin. C. de V. S.* Borch. *d. c.* 7. *p.* 2. *num.* 84. Rittersh. *d. c.* 16. *num.* 1. & 14.

[Kni-

[ Knichen. de *pact. veſtit. p. 3. c. 3. num. 1. ſeqq.* Quomodo facienda computatio in diuerſis lineis, prolixe tradit Struv. *d. l. th. 7. num. 2. ſeqq.* ] Diſſ. Tiraq. *de retract. lega. gl. 1. §. 8. num. 19.* Gail. *lib. 2. obſ. 49. num. 2. cum ſeqq. & obſ. 54. num. 3.* Hart. Piſt. *lib. 2. q. 19. num. 37. per d. c. 1. de nat. ſucc. feud.* iuxta iuris ciuilis computationem, *c. 1.* vbi Cuiac. *an ille qui interf. frat. dom. & c. 2. F. 37. c. 1. §. hoc quoque ſciendum*, ibi Gothofr. *de his qui feud. dar. & c. 1. F. 1. iunct. c. 1. §. de ſucc. feud. 1. F. 8. c. ad ſedem, verſ. in legibus ſiqnidem, 35. q. 5. FF. tom. in c. 1. de ſuc. frat. 2. F. 11.* Duar. *d. c. 11. num. 14.* Vult. *d. c. 9. num. 113.* Roſenth. *d. concluſ. 57. num. 9. & ſeqq.* Diſſ. Hotom. *diſp. feud. c. 19.* Hartm. Piſt. *d. q. 19. num. 7. cum ſeqq.* Fachin. *lib. 7. controv. c. 26.* & aliter Bocer. *claſ. 4. diſp. 15. th. 32.* non attento, num deſcendentium vel aſcendentium proxime defuncti collaterales ſint, *FF. in d. c. 1. de nat. ſucc. feud.* Zaſ. *d. p. 8. num. 5.* Roſenth. *d. concl. 57. num. 17. & ſeq.* Diſſent. Hotom. *d. diſp. c. 19.* Sonsb. *d. p. 9. uum. 112.* Bocer. *d. diſp. 15. th. 30.* Menoch. *conſ. 269. num. 40. vol. 3. per d. c. 1. de nat. ſucc. feud. 2. F. 50.* Vnde neceſſario ſequitur, quod fratris nepos ab alterius fratris filio excludatur, Weſenb. *d. c. 6. num. 18. verſ. quare fratrum filii, &c.* Roſenth. *d. concl. 57. num. 6.* vt & a patruo, *arg. l. auunculo, 6. ibi Dd. C. com. de ſucc.* Roſenth. *d. concl. 57. num. 8.* Diſſ. Bocer. *d. diſput. 15. th. 28. in fin. & th. 30. lit. b.* ſimul autem ſuccedat cum patruo magno, *per d. Nouel. 118. c. 3. in fin. §. ſi plures, Iuſt. de legit. agn. ſucc.* Borch. *d. c. 7. p. 2. num. 85. in fin.* Roſenth. *d. concluſ. 57. num. 7.* Diſſ. Hotom. *d. diſput. c. 19.* Sonsbec. *d. p. 9. num. 112.* Bocer. *d. diſp. 15. th. 28. per d. c. 1. §. paternum. de nat. ſucc. feud.* Iure Saxon. huius proximitatis & gradus prærogatiuæ ratio non habetur, ſed tantum inſpicitur, quinam ſimultanee inueſtiti ſint, welche mit in geſambter Lehen ſeyn/ oder die geſambte Hand haben/ ii omnes ſimul ſuccedunt, niſi vel inueſtituræ appoſita ſit hæc clauſula: Secundum gradus prærogatiuam, vulgo nach rechter Sipzahl / Lehn. *c. 6. & c. 21.* Fachſ. *diff. 29.* Vult. *d. c. 9. num. 112.* vel vſus aliud introduxerit, Fachſ. *d. loc.* [ Carpz. *p. 3. c. 29. d. 8. & ſeqq.* Berlich. *p. 2. Concl. 53. num. 6.* ]

i) *d. c. 1. de ſucc. fratr. 2. F. 11. c. 1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feud. 1. F. 8. & vtrobique FF.* Vult. *d. c. 9. num. 112.* Piſtor. *lib. 2. quæſt. 23. num. 6. & 15.*

k) Modo primum in deſcendentes, poſt ab his in tranſuerſales feudum propagatum ſit, *d. c. 1. de nat. ſucc. feud. 2. F. 50. c. 1. §. hoc quoque, de his qui feud. dar. & c. 1. F. 1.* quod ſi ab originario accipiente immediate ad tranſuerſales ex pacto tranſitum fecerit, vltra ſeptimum gradum eos

non

non admittimus, *c. 1. de ſucc. feud. 1. F. 8.* Curt. Iun. *d. p. 3. membr. 3. num. 48.* Schenck. L. B. *in d. c. 1. §. hoc quoque, num. 2.* Hart Hartm. *pract. obſ. tit. de feud. obſ. 16. num. 9. & ſeqq.* Borchol. *d. c. 7. p. 2. num. 93.* quam diſtinctionem Camera Imperialis non ſine ratione iudicando comprobauit Mynſing. *cent. 2. obſ. 95.* Gail. *libr. 2. obſ. 150. num. 4. & 5.* Diſſ. Eguin. Bar. Cuiac. Hotom. *in d. c. 1. §. hoc quoque.* Hannet. *libr. 2. feud. c. 6.* Roſenth. *d. c. 7. concluſ. 56. num. 2. cum ſeqq. & concluſ. 59. num. 16.* Rittersh. *d. c. 16. num. 16. & ſeq.* Piſtor. *lib. 2. q. 19.* Fachin. *lib. 7. controv. c. 27.* Bocer. *d. diſp. 15. th. 33.* [Extra Cameram valet omnino eorum ſententia, qui ſucceſsionem feudalem abſolute in infinitum extendunt, quam defendit Ludwel. *d. Tr. feud. p. 221.*]

## IIX.

Teſtamentaria ſucceſsio, etſi regulariter in feudis nulla ſit *a*, nonnulli tamen excipiuntur caſus, in quibus & ea locum habet; ut ſi alicubi conſuetudo vel ſtatutum de feudo teſtari permittat *b*: ſi ſit feudum abſolute hereditarium *c*: ſi vaſallo, & quibus ille dederit, feudum concedatur *d*: ſi & domini, & agnatorum proximorum conſenſu teſtamentum fiat *e*: ſi is inſtituatur, qui ab inteſtato ſucceſſurus fuerat *f*: ſi denique de iure pignoris, quod quis in feudo habet, teſtetur *g*.

a) *c. 1. in pr. ibi. FF. com. de ſucc. feud. 1. F. 8. c. 1. §. donare, & ibi vulgo FF. qual. olim. feud. alien. & c. 2. F. 9.* [etiam in feudis Imperii Limn. *de Iure publ. l. 4. c. 8. num. 127.* Mylerus ad Rumelin. *P. 2. D. 5. coroll. 5. p. 336. ſeqq.* Itterus *c. 16. §. 1. & 2.*] etiamſi ad pias cauſas vaſallus teſtetur, *d. c. 1. §. donare, ibi gl. c. 1. pr. de prohib. feud. alien. per Frid. 2. F. 55. ibi Dd. commun.* quod tamen de æquitate Canonica non ſubſiſtere putant Moz. *de natur. feud. num. 79.* Schrad. *part. 7. c. 2. num. 4.* [Diſſent. Roſenth. *c. 7. concl. 2. num. 7.* Setz. *D. Feud. 7. th. 2. lit. C.*] Imo ne vſumfructum, aut certam partem fructuum feudi quotannis præſtandam relinquere, Schenck. L. B. *in c. 1. §. aut ſi libellario, n. 6. quib. mod. feud. amit. 1. F. 5.* Sonsb. *p. 12. n. 102. & ſeq.* Roſenth. *c. 7. concl. 8. n. 7.* Diſſ. Schoner. *lib. 3. diſp. feud. 6. th. 30.* & in parte Schrad. *d. c. 2. n. 25.* [cuius etiam ſententia verior] vel inter liberos de feudo diſponere poteſt, *FF. com. in d. c. 1. de ſucc. feud.* Curt. Iun. *part. 4. feud. n. 131. & ſeqq.* Sonsbec. *part. 12. num. 161. & ſeq.* Vult. *lib. 1. feud. c. 9. num. 79.* Roſenth. *d. c. 7. concl. 3. num. 3. cum ſeqq. & concl. 7. num. 11. cum ſeqq.* Al-

var. Valaſc. *de empthyteuſ. quæſt. 49. n. 6. 9. & ſeq.* Diſſ. Iſern. Aluar. Præpoſ. *in d. c. 1. de prohib. feud. alie. per. Frid.* Borch. *de feu. c. 7. p. 2. num. 5.* niſi ſinguli iudicium patris approbent: Vult. *d. c. 9. num. 100.* [Imo tenentur liberi omnes illud approbare, cum allodium a feudo ſeparare non poſſint *2. F. 45.* Hinc & valere debet inter eos teſtamentaria diſpoſitio, niſi ſit feudum ex pacto & prouidentia Vult. *1. F. 9. n. 78.*] Alioquin non obſtante teſtamentaria diſpoſitione, poſt mortem vaſalli teſtatoris, tam filii quam agnati, feudum vindicare poſſunt, nec æſtimationem iis, quibus id relictum eſt, præſtare tenentur, *d. c. 1. pr. de ſucc. feud. 1. F. 8. ibi Dd. arg. l. cum ſeruus, 39. §. conſtat, 7. ff. de leg. 1. l. vxor. 20. C. eod. tit. l. multum intereſt, 34. ff. de verb. oblig.* Sonsbec. *d. p. 12. num. 88.* Roſenth. *d. concl. 2. num. 10. & ſeqq.* Rittershuſ. *c. 12. num. 7.* Gail. *lib. 2. obſ. 154. num. 14. & libr. 2. de pac. publ. c. 14. num. 5.* [Struv. *c. 9. th. 12. num. 9.* Arum. *d. feud. 6. th. 4.*] Diſſ. Camer. *in d. c. 1. num. 195. & ſeqq. de prohib. feud. alien. per Frid.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 119. num. 6. & ſeqq.* Fr. Mantic. *lib. 9. de coniect. vlt. volunt. tit. 11. num. 8. & ſeqq.* [Ludwel. *c. 9. p. 180.* vbi hanc ſententiam egregie probat, atque ad contraria reſpondet. Vt ita hæc ſententia verior videatur.] niſi aliunde de voluntate teſtatoris liquido conſtet, quod æſtimationem legare voluerit, quo caſu ea ab herede, non a feudi ſucceſſore, præſtanda foret, *arg. l. ſi quis inquilinos, 112. pr. ibi gl. ff. de leg. 1.* Vult. *d. c. 9. num. 74.* Schrad. *d. c. 2. num. 9. in fin.*

b) *arg. l. de quibus, 32. ff. de ll. c. illud, diſt. 12.* Curt. Iun. *d. p. 4. n. 109. & ſeqq.* Rittershuſ. *d. c. 12. num. 6. in fin.* [vel priuilegium; cuius exemplum eſt in Archiducatu Auſtriæ. Itterus. *c. 16. §. 6.*]

c) *c. 1. de feud. non hab. propr. nat. 2. F. 48. c. feudum, ibi gl. & FF. com. ſi de feud. def. cont. ſit, & c. 2. F. 26.* Hoc Pater non modo vni filiorum, ſed & cuilibet alii, etiam in inueſtituram non vocato, tam maſculo, quam fœminæ, inſtar aliarum rerum hereditariarum, relinquere poteſt, Camerar. *in d. c. 1. num. 217. de prohib. feud. alien. per Frid.* Curt. Iun. *p. 3. m. 2. num. 62. & ſeq. ac p. 4. num. 130.* Thom. de Marin. *de gen. & qual. feud, t. 8. num. 4. & ſeqq.* Schrad. *d. c. 2. num. 12. & ſeq.* Gail. *lib. 2. obſ. 154.* [Richter *dec. 25. num. 11.* Ludwel. *p. 181.* Struv. *d. c. 9. th. 12. num. 1.* Idem & in feudis Imperii mere hereditariis procedit. Itterus *d. c. 16. §. 5.*] Diſſ. quoad fœminam Rol. a Valle *conſ. 79. in fin. vol. 3.* Dec. *conſ. 193. num. 5.*

d) *Per d. c. 1. de feud. non hab. prop. nat. 2. F. 48. iuncto tit. Inſt. de L. Fuſ. Canin. toll. l. ſi quis, 8. §. certum, 2. C. de ſecund. nupt.* Borch. *d. c. 7. p. 2. n. 6.* Roſenth. *c. 2. concl. 35. num. 3. & 4.*

 Horum

e) Horum conſenſus in feudo antiquo coniunctim requiritur, nec alterutrius ſufficit ad hoc vt teſtamentum totum ſubſiſtat, *arg. c. 1. §. 1. de his qui feud. dar. poſſ. 2. F. 1. c. 1. pr. ibi Dd. de ſucc. feud. 1. F. 3. c. 1. de alien. feud. pat. 2. F. 36.* [ Sufficit tamen tacitus agnatorum conſenſus Ludwel. *p. 181.* Vultei. *c. 9. num. 82.* ] etiamſi feudum ſit francum. Borch. *d. c. 7. p. 2. num. 6. in fin. & c. 8. num. 8.* Roſenth. *d. concl. 2. num. 6.* Diſſent. Schenck L. B. *in d. c. 1. num. 9. de ſucc. feud.* Bald. *in auth. niſi rogati. C. ad SC. Trebell.* Iaſ. *in prælud. feud. num. 118.* vel cum pacto de reuendendo emptum, *arg. l. illud, 32. ff. ad l. Aquil. l. a Titio. 108. pr. de V. O.* Roſenth. *d. c. 7. concl. 9. num. 4.* [ modo ſimul fuerit inueſtitus vaſallus.] In nouo feudo ſolius domini conſenſus ſufficit, *arg. c. 1. de prohib. feud. alien. per Frider.* ibi Afflict. *num. 33. l. qua ratione. 9. §. hæ quoque, 3. & §. ſeq. ff. de adquir. rer. dom.* Borch. *de feud. c. 8. n. 145. & ſeqq.* Schrad. *d. c. 2. num. 19. & ſeqq.* Roſenth. *d. c. 7. num. 5. & ſeqq.* Hartm. Piſtor. *lib. 2. q. 4. num. 23. cum ſeqq.* Diſſent. Sonsbec. *de feud. part. 13. num. 100. & ſeqq.* Pinel *ad l. 1. C. de bon. mater. p. 13. n. 97. & ſeq.* [ Struv. *d. th. 12. num. 5.* Arum. *d. 6. th. 5.* Quorum ſententiam refellit Ludwel. *c. 9. p. 182.* De feudis nouis in Imperio, vide Itterum *d. c. 16. §. 3.* ] & tunc quoque requiritur, cum vaſallus de eo teſtatur inter liberos, Sonsbec. *d. p. 13. num. 112.* Roſenth. *d. concl. 7. num. 11. & ſeqq.* Zaſ. *conſ. 20. libr. 2.* Diſſ. Clar. *d. §. feudum, q. 40. num. 6.* Piſt. *d. q. 4. num. 44. & ſeqq.* Borch. *d. c. 7. p. 2. num. 22.* etiam de iure Saxon. Landrecht/ *art. 14. & art. 52. libr. 1.* Lehenrecht/ *c. 7. & c. 31.*

f) *arg. c. 1. §. ſed etiam res ibi gl. & FF. com. per quos fiat inueſt. 2. F. 3.* Vult. *d. c. 9. num. 81.* [ Itterus *d. c. 19, num. 4.* Klock. *l. 5. conſ. 182. n. 432.*

g) Roſenth. *d. c. 7. concluſ. 9. num. 2.* Schrad. *d. c. 2. num. 26. & ſeqq.* [ Item ſi de fructibus teſtetur Vaſallus, vel meliora mentis vel de pretio feudi legitime venditi Schrader *d. l.* conferatur Dn. Eyben *c. 7. §. 16.* Ludwel. *p. 182. ſeq.* vbi plures caſus. ]

## IX.

Succeſſor qui ſimul heres eſt, & inuentarium non confecit, æs alienum a defuncto conflatum tenetur exſoluere in ſolidum *a*: ſi confecerit, eatenus, quatenus hereditatis vires ſe extendunt *b*, in quam & feudum abſolute hereditarium imputatur *c*. Qui autem heres non eſt, vltra debitum pro meliorando feudo contractum *d* non obligatur *e*.

a) Roſenth. *c. 7, concl. 20. num. 12.* Aliud eſt de iure Saxon. quo inuen-

tarii

tarii confeſſio non requiritur, Landrecht/ *lib. 1. art. 6.* ibi Zobel Acad. Wittenb. *in conſult. ſup. conſt. Elect. Sax. p. 1. quæſt. 22. n. 4.*

b) Nec quoad agnatum inter feudum ex pacto & hereditarium diſtinguimus, *argum. eor. quæ habentur ſup. th. 7. lit. e.* quoad filium vero hæc duo ſeparamus, vt in illo ei inuentarii confectio proſit, in hoc non item, *arg. eor. quæ ſupr. th. 6. lit. i. dicta ſunt,* Afflict. *in d. c. 1. an agn. vel fil. &c. n. 2. & 3.* Brun. *conſ. 18. num. 15. & 16.* Intrigliol. *quæſt. feud. 51. num. 95. & ſeqq.* Rittershuſ. *lib. 1. part. feud. c. 15. num. 17.* Mynſ. *cent. 3. obſ. 67. num. 9. & 10.* Hartm. Piſt. *lib. 2. q. 14. num. 43. & ſeqq.* Acad. Wittemb. *d. conſult. q. 22. num. 11. & ſeq.* Diſſ. Roſenth. *d. concl. 20. num. 25. & ſeq. concl. 21. n. 16. cum ſeqq. & c. 9. concl. 72. n. 5.* Borch. *c. 7. p. 2. n. 94.* Gail. *lib. 2. obſ. 154. n. 16.* Pinel *in l. 1. p. 3. n. 95. & 96. C. de bon. mater.*

c) Per ea quæ tradit Roſenth. *c. 2. concl. 35. & d. c. 7. concl. 6. n. 3.* Intrigl. *q. feud. 50. n. 80. & ſeqq.*

d) *arg. c. 1. §. ſi vaſallus, hic finit. lex, & c. 2. F. 28.* Iſern. *in d. c. 1. an agn. vel fil. &c.* Roſenth. *d. c. 7. concl. 22. in fin. c. 9. concluſ. 15. num. 10. & c. 10. concl. 43. num. 175.* Wittemb. *d. q. 22. num. 9. & ſeq.* Nov. Elect. Auguſt. *46. p. 2.* ibi Dan. Moller. *in commentar. num. 2. & ſeqq.* Vbi ſimul explicatur, quando pro meliorando feudo debitum contractum dicatur.

e) Mynſing. *d. obſ. 67. n. 8.* Gail. *d. obſ. 154. n. 4.* Borch. *d. n. 94.* Dan. Moller. *ad d. conſtit. Elect. 46. n. 1.* niſi conſenſu eius æs alienum contractum ſit. Elect. Aug. *d. conſt. 46.* De fructibus tamen feudi, ſi quos defunctus reliquit, debita ſoluenda ſunt, *iuxta diſtinct. infr. diſp. 12.*

## X.

Coronidis loco ſit: Feudum tam pactionatum, quam improprie hereditarium, in legitimam non imputari *a*; in bonorum collationem *b*, ac fideicommiſſi generalis reſtitutionem *c* non venire: ius adcreſcendi proprie in iis locum non habere *d*: non agnita ad heredes tranſmitti *e*: ſecus vero eſſe in feudo abſolute hereditario *f*.

a) De pactionato antiquo omnes conſentiunt, Thoming. *deciſ. 2. n. 13. & 19.* Wurmſer. *lib. 1. pract. obſ. tit. de feud. 51. obſ. 11.* Aluar. Valaſc. *de iur. emphyt. q. 46.* de nouo & hereditario idem affirmant, Sonsbec. *de feud. art. 13. num. 157. & ſeqq.* Roſenth. *c. 7. concl 31. num. 21. iuncta concl. 21. & c. 2. concluſ. 33. ac 35.* Marc. Anton Cuch. *in auth. nouiſſima, c. quæ ſunt in legit. imput.*

*C. de inoff. teſt.* Diſſ. quoad illud Iſern. *in c. 1. §. præterea, n. 39. de prohib. feud. alien. Camer. ibid. in fin.* Thom. *d. deciſ. 2. num. 12. 16. & 20.* Piſt. *lib. 2. q. 38. num. 4. & ſeqq. per l. omnimodo, 30. §. 2. C. de inoff. teſt.* quoad hoc Schrad. *p. 7. c. 5. num. 43.* Rittershuſ. *lib. 1. par. feud. c. 15. num. 32.* & alii Neapolitanorum opinionem in definiendo feudo hereditario amplectentes. [ Quorum ſententia, verior videtur, & ſententiæ Autoris præferenda. ]

b ) Cum videlicet ex pacto inueſtituræ, ſtatuto, aut conſuetudine vni filiorum aſsignatur, Afflict. *in d. c. 1. §. præterea, num. 17.* Camerar. *ibid. num. 828. & ſeqq.* Piſtor. *d. q. 38. num. 19. & 62.* Roſenth. *d. concl. 13. num. 9. 10. 20. & ſeqq.* Fachin. *lib. 7. controv. c. 38.* An & quando filiarum legitima ex feudo ſuppleatur vel augeatur, *vid. infr. diſp. ſeq.*

c ) *arg. c. 1. an agn. vel fil. & c. 2. F. 45. l. fideicommiſſaria, 18. §. quotiens, l. ſi res aliena, 52. pr. l. ſi patroni, 55. pr. ff. ad SC. Trebell.* ibi Bart. & Alex. Fr. Mantic. *lib. 7. de coniect. vlt. volunt. tit. 9.* Aluar. Valaſc. *de iur. emph. q. 48.* Diſſ. quoad hereditarium Mozz. *de natur. feud. num. 105.* Camerar. *in d. c. 1. §. præterea, num. 811. & 818.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 197. num. 6.* Gail. *libr. 2. obſer. 154. num. 11.* Piſtor. *libr. 2. q. 1. num. 63. & d. q. 38. num. 29. & 39.* Rittersh. *d. c. 15. num. 32. in fin.* [ Quorum opinio iuri etiam feudali conformior. ]

d) Tam in antiquis quam nouis, Fach. *lib. 7. controv. c. 63. & ſeq.* Diſſ. in parte Gail. *libr. 2. de pac. publ. c. 14. num. 15.* Roſenth. *d. c. 6. concl. 74. & ſeqq.* Rittersh. *d. c. 15. n. 34.*

e) *arg. l. hæres, 37. ff. de adq. hær. l. veteris, 13. C. de contr. ſtipul. iuncto c. 1. an agnat. vel fil. & c. 2. F. 45.* Roſenth. *d. c. 7. concl. 17. n. 20.*

f ) Piſtor. *d. q. 38. n. 29. & 38.* Roſenth. *d. c. 7. concl. 11. n. 20. concl. 13. n. 32. & concl. 17. in fin.* Schrad. *p. 7. c. 7. n. 57. & ſeqq.*

Halle, Diss., 1698 J.S. Stryk

f

ULB Halle 3
002 275 21X

Sb.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527452-p0033-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527452-p0034-9

5
1698 13°

s.

NTONII, IC.

VDALIS V

# CQVI-
# NE

*ure Publico,*

tris Dn. de RHEZ

DERICIANA,

E

STRYKIO

ol. Ordinario,

DC XCIIX

ticæ ſubmittit

VS Hoffmann/

---

RGICAE,

ZEITLERI, AC. TYP.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527452-p0035-4